





Analectes



<36620033490017

ANALECTES

POUR SERVIR A

L'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE

DE LA BELGIQUE

ANALECTES

POUR SERVIR A

L'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE

DE LA BELGIQUE

PUBLIÉS SOUS LA DIRECTION


DE Mgr DE RAM

Prelat Protonotaire apostolique ad inst. part., Prélat domestique de Sa Sainteté
Recteur magnifique de l'Université catholique de Louvain

PAR


EDM. REUSENS, prof. à la fac. de théol. et biblioth. de l'Univ. cath. de Louvain
P. D. KUYL, vicaire de Notre-Dame à Anvers
C. B. DE RIDDER, vicaire aux Minimes à Bruxelles

TOME II — 1865



LOUVAIN
CH. PEETERS
Rue de Namur, 22

BRUXELLES
H. GOEMAERE
Rue de la Montagne, 52



LOUVAIN. — TYPOGRAPHIE DE CH. PEETERS.

La dame Iméra se voue avec ses descendants a saint Trond, en 1055.

Sous les faibles successeurs de Charlemagne, les querelles entre les seigneurs devinrent très-fréquentes; bien souvent la force brutale l'emportait sur le bon droit. Les rapports directs entre le sujet et le monarque, les assemblées du peuple connus sous le nom de *Champs de Mars*, n'existaient plus. L'indépendance personnelle de l'homme libre qui n'était pas en même temps très-puissant, semblait avoir complètement disparu. Cependant on la vit bientôt renaître sous d'autres formes. Ce fut d'abord « à la religion que les faibles demandèrent du secours. Opprimés et vexés de toute manière ils allèrent implorer les autels les plus vénérés; et là, abdiquant leur liberté, ils se reconnurent serfs d'un saint, eux et leurs descendants, à la condition de payer deux cens : l'un annuel, et l'autre à leur mariage et à leur décès. Par contre, eux et leurs biens jouissaient de la protection du monastère ou de l'église où ils avaient changé de condition[1]. » Par l'acte suivant la noble dame Iméra se voue à saint Trond, avec les descendants que la Providence daignera lui accorder.

[1]) Wauters, *Histoire des environs de Bruxelles*, I, p. XXXVII-XXXVIII.

1055.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus quod ego IMERA, genere ingenua, ingenuitatem carnis propter Deum vilipendens, tradidi me in ancillam sancto Trudoni, hac ratione, ut annis singulis in die festivitatis ejus super altare ipsius in calice unum denarium de censu capitis mei solvam. Si posteros michi Deus dederit, singuli sic faciant. Posteri mei uxores de familia ecclesie accipiant. Qui alienas ducere voluerint, ab abbate licentiam obtineant. Nulli advocato, nulli hominum nisi soli abbati judicio parium suorum respondeant. De jure quod *alslief*[1] singuli xii denarios solvant. Hanc traditionem meam quarto anno prelationis domini Adelardi secundi abbatis factam ipse abbas sua auctoritate corroboravit, et quicumque eam infringeret anathemate dampnavit. Hujus traditionis testes sunt scilicet de fratribus ecclesie : Gerardus prepositus, Libertus decanus, Impo, Gumbertus, Ermenfridus, Hubertus; de nobilibus : Otto comes et advocatus, Reinerus advocatus, Libertus frater ejus, Harmandus, Erchegoldus; de familia ecclesie : Lideco, Lixeco, Lambertus, Guntramnus, Egexo. Hec traditio publica facta est anno ab Incarnatione Domini m. lv, indictione decima tertia, Henrico imperatore iiij^{to}, Tidewino Leodii existente episcopo.

Original en parchemin ayant fait partie du chartrier de Saint-Trond, aux Archives du Royaume. Le sceau en pâte blanche représente un buste de la Vierge en extase, nimbée et de faite.

[1]) Nos recherches pour trouver la signification de *alslief* ont été infructueuses. Peut-être faut-il entendre par ce mot le droit que l'on payait comme serf, *als lyfeigene*.

Le patronage des églises de Cortemarck et de Handzaeme donné a l'abbaye d'Eename.

L'acte de donation qui suit, mérite toute notre attention. Nous l'avons copié fidèlement du magnifique cartulaire d'Eenham que le gouvernement de Prusse vient de donner au dépôt royal des Archives de la Belgique. La forme prolixe a quelque chose d'insolite. Remarquons aussi qu'il résulte de ce document que, déjà au onzième siècle, les synodes diocésains se réunissaient tous les quatre ans. A cette occasion les églises payaient certains droits à l'archidiacre; l'évêque en percevait encore d'autres à l'installation de chaque curé[1].

Les deux paroisses dont il est question ici, sont celles de Cortemarck et de Handzaeme. Avant l'érection des nouveaux évêchés au XVI[e] siècle, elles faisaient partie du décanat d'Oudenbourg sous le diocèse de Tournai. Elles ressortissaient avant la révolution française, et ressortissent encore aujourd'hui au diocèse de Bruges et au décanat de Thourout. L'abbaye d'Eename a conservé jusqu'à sa suppression le patronage des deux églises.

22 janvier 1085[2].

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Radbodo, gratia Dei Noviomensis episcopus, universalis Ecclesie

[1]) Voyez ce que nous avons dit de ces différents droits, I, p. 240 et sv.

[2]) Il n'est pas toujours facile de déterminer exactement la date d'un document selon notre manière actuelle de compter, surtout lorsque ce document date des quatre premiers mois de l'année. Autrefois, dans la plupart de nos provinces, si l'on excepte la principauté de Liége, on com-

filiis tam presentibus quam futuris perpetue beatitudinem hereditatis. Quum vite hominum tempora non sunt admodum perseverantia, uti aliquando exposcit necessitas maxima pro cujuslibet negotii causa, que testimonio indiget approbanda, convenienter et necessario antiquorum industria rationabilis consilii et utilitatis magne provida adinvenit figuras et signa, ut eorum quasi quadam nuntiorum ac testium loquela, quod necessarium erat ac dignum memoria, posteris notificaretur, et ita quodam artificio mortui cum vivis, qui jam longinquo temporis intervallo precesserunt, cum futuris haberent commercium colloquendi, voluntatisque sue et operis, consiliique misteria propalandi, quos prolixis seculorum locorumque spaciis manifestum est determinari. Quod cum ita sit, volo notificare tam futurorum quam presentium dilectioni et carte hujus inscriptione et presentia corporali Lambertum, venerabilem abbatem Ehamensis cenobii, cum ejusdem monachorum precamine supplici a nobis impetrasse sanctorum perpetue mancipationi ipsius videlicet Salvatoris ejusque Genitricis et sancti Laurentii martyris, ut privilegium quoddam manumissionis altarium Merch quidem et Hanzam confirmarem canonice. Hanc itaque eorum deliberans petitionem religiosam, et ardenti studio a Deo fonte vivo sitiens orationum promissarum retributionem tanto decrevi devotius pagendam, quanto percepi religiosius desideratam. Quo circa ego Radbodo, episcopus Noviomensis, assensu et consilio clericorum meorum traditionem vel manumissionem ecclesiarum jam dictarum confirmatam, ut prelibatum est, paterna benignitate more majorum legaliter et canonice confirmo, illud tamen interserendo et universarum questionum altercationem removendo, ut futuris temporibus prememoratis factis in hereditarie possessionis jus

mençait assez souvent l'année au jour de Pâques. Cependant dans la charte que nous publions, l'indiction et les années de l'épiscopat de Radbodon se rapportent à l'année 1085.

firmum ac perpetuum, ea quidem conditione ut singulis annis persolvantur viginti solidi ex predictis ecclesiis mihi vel posteris meis et non quicquam amplius, illis inquam terminis, quibus cetere solvunt ecclesie ex vicinis locis. Preterea ut presens donationis et confirmationis sententia omni tempore permaneat intemerata, si forte quelibet persona hanc adnullare aut debilitare fuerit molita, nisi resipuerit, sit in adventu Domini nostri Jhesu Christi anathema, maranatha. Igitur quum auctoritas testatur romana, quod non valeat pagina que temporis et loci principis et testimonii fuerit nescia, actum est a me Radbodone, gratia Salvatoris presule, anno Incarnationis ejusdem m. lxxxv, indictione viii, regnante Philippo Francorum rege, episcopii mei anno xvii.

Preterea in predictis ecclesiis id mei juris esse decerno, ut in immutatione persone earumdem ecclesiarum x solidi exinde mihi persolvantur, archidiacono vero sive vicario ejus in celebratione sinodi, quarto scilicet anno, necessarii sumptus impendantur. Actum Tornaci in sinodali conventu xi kalendas februarii. Signum Radbodonis episcopi; S. Walteri archidiaconi, Folcardi abbatis, Waltelini abbatis, Roberti prepositi, Alberti decani, Walberti decani, Bertulfi canonici, Lamberti decani, Frederici decani, Desiderii prepositi, Erlebaldi prepositi, Waltheri editui, Wlfrici decani, Selefrici decani. Ego Rodulfus clericus hanc cartam scripsi et subscripsi.

Cartulaire d'Eenham, nº 89A, p. 75-77, aux Archives du Royaume.

Baldéric, évêque de Tournai, donne l'église de Templeuve a l'abbaye de Saint-Martin.

1103.

Baldricus, Dei gratia Tornacensium atque Noviomensium episcopus, omnibus sancte religionis cultoribus salutem et beate immortalitatis hereditatem. Cunctis sane sapientibus, in ecclesiastico ordine Deo famulantibus, non incognitum esse credimus in canonica a sanctis patribus auctoritate prohibitum esse, ne in rebus ecclesiasticis laici ullam potestatem vel quamlibet habeant dominationem. Hac vero institutione per religiosos viros edocti duo fratres Ernulfus et Guinemarus, promptissimi milites, genere et natione Tornacenses, ad me venerunt, et partem decime quam in altari Sancti Stephani apud Templovium juxta Dossemerum habebant, quam etiam quasi hereditario jure hactenus tenuerant, Sancto Martino Tornacensis monasterii et ejus monachis perpetuo tenendam concesserunt, meque ut idem concederem et pontificali auctoritate confirmarem, rogaverunt. Quorum petitionem benigne suscipiens et eorum dationi assensum prebui, et, sicut rogaverunt, confirmavi. Non multo vero post Gerricus, Tornacensis ecclesie canonicus, qui ejusdem altaris persona et ejusdem decime particeps erat, audiens predictos laicos sic divino spiritu fuisse inflammatos, veniens et ipse divini spiritus amore succensus, oravit, ut altare illud, quod predictum est, et cujus curam et personatum gerebat, Sancto Martino et ejus monachis concederem. Ejus igitur orationi adquiescens, Lamberto, archidiacono nostro, ceterisque clericis nostris assentientibus, concessi et donavi Sancto Martino ejusque monachis prefatum altare cum omnibus eidem pertinentibus perpetuo tenendum, ea videlicet conditione, quod ipse Gerricus ejusdem altaris curam et personatum sua in vita gerat; post decessum vero ipsius abbas et monachi Sancti Martini idem altare liberum et

absque personatu, omni munerum acceptione seu exactione remota, in perpetuum teneant, et solitum censum mihi vel meis successoribus solvant. Concessi etiam ut abbas vel ejus successores presbyterum in eadem ecclesia constituant, qui curam animarum eidem altari pertinentium a me seu a vicariis meis suscipiat, et tam pro se quam pro sibi commissis rationem reddat. Ne ergo quisquam hujusmodi libertatem audeat violare, privilegium hoc officii nostri auctoritate roboravimus, atque cum idoneis testibus sigilli nostri impressione signavimus. Signum Baldrici episcopi; S. Lamberti archidiaconi; S. Goteri decani; S. Gonteri prepositi; S. Balduini cantoris; S. Letberti. Actum Tornaci, anno Dominice Incarnationis m. c. iii, regnante rege Philippo, episcopante domno Baldrico pontifice.

Cartulaire nº 119, fol. 7 rº et vº et 8 rº, aux Archives du Royaume.

Donation de plusieurs églises a l'abbaye de Saint-Martin a Tournai.

1112.

Baldricus, Dei gratia Noviomensium et Tornacensium episcopus, dilecto fratri Segardo, Sancti Martini Tornacensis ecclesie abbati, sibique successuris fratribus in perpetuum. Quum imbecillis humane conditionis materies indeficientibus hujus seculi procellis agitata, inevitabilem occasus sui terminum nulla subterfugere prevalet calliditate, in quantum subsistimus, bonis operibus insistendo ecclesiis Deo servientium religioni pastorali sollertia a nobis est providendum, quantum eis in aliquibus videamur profuisse, ac si quid petierint, ut sustentari valeant, eorum petitionibus benivolum condescensionis affectum debemus inclinare. Quapropter,

carissime frater Segarde, petitioni tue satisfacere dignum duximus quod altária que Adam, Tornacensis canonicus, sub personatu tenuerat et archidiacono Lamberto nostri loco reddiderat, monasterio Sancti Martini Tornacensis et fratribus inibi Deo servientibus ejusdem archidiaconi nostrorumque clericorum assensu absque personatu in perpetuum concessimus, Haltra[1] scilicet, Isegem[2], Gutdelenchem[3], Sarran[4] et Stemput[5], ita tamen ut presbyteri inibi ab abbate substituti curam ab episcopo vel ejus ministris suscipiant, et abbas aut monachi sinodalia jura eisdem ministris persolvant, sicque libere possideant. Ut nostra firma stet concessio, subscriptorum corroboravimus testimonio. Signum domni Baldrici episcopi; S. Lamberti archidiaconi; S. Goteri decani; S. Gonteri prepositi; S. Balduini cantoris; S. Henrici canonici; S. Tetberti; S. Gerrici; S. Walteri; S. Werici; S. Letberti; S. Wiberti; S. Roscelini decani; S. Hagenonis cantoris; S. Landrici subcentoris; S. Aberici canonici; S. Berneri; S. Radulfi. Actum anno Dominice Incarnationis m. c. xii, indictione v[a].

Cartulaire n° 119, fol. 9 r° et v°, aux Archives du Royaume.

[1]) Aeltre, actuellement sous le décanat de Nevele, diocèse de Gand. A cette occasion nous devons rétablir une erreur que nous avons commise dans le tome I, p. 498, note 3, où nous avons traduit *Galren*, par Aeltre. C'est Gaurain sous le décanat de Leuze, évêché de Tournai, qui est désigné sous le nom de *Galren*.

[2]) Iseghem, sous le décanat de Courtrai, au diocèse de Bruges.

[3]) Gulleghem, sous le même décanat.

[4]) Zarren, sous le décanat de Dixmude, même diocèse.

[5]) Estaimpuis, sous le décanat de Templeuve, diocèse de Tournai.

Donation de plusieurs églises au chapitre de la cathédrale de Cambrai.

D'après l'opinion la plus accréditée, Burchard, nommé aussi Bouchard, Burgard ou Borgard, monta sur le siége épiscopal de Cambrai en l'an 1115. Cependant les auteurs de la *Gallia christiana* rapportent son élection à l'année suivante. On peut concilier les deux opinions en fixant la nomination de Burchard dans les premiers mois de l'année 1116. En effet, l'année, d'après l'ancien style de Cambrai, ne commençait qu'aux Pâques; et, par conséquent, les premiers mois de 1116 selon notre manière de compter, étaient à Cambrai les derniers de 1115. Par l'acte suivant, donné par Burchard la première année de son épiscopat, il cède au chapitre de sa cathédrale les églises de Meslin-l'Evêque, Melden, Nieuwerkerken, Havrencourt, Hermies, Graincourt, Mons et Ruyalcourt.

1116.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Burgardus, divina miseratione Cameracensium episcopus, tam presentibus quam futuris in perpetuum. Cum secundum illud ecclesiastici : da Deo partem, sicut mandatum est tibi, premitiarum et purgationis, et sacrificium sanctificationis offeres Domino initia sanctorum, ad anime nostre et officii nostri edificationem revocemur, nichil salubrius, nichil commodius invenimus, quam ut ecclesie nostre, cujus regimine fungimur, thesaurizare satagamus. Nos igitur, ad anime nostre et predecessorum nostrorum memoriam, ecclesie Sancte Marie Cameracensis altare de Mas-

linis[1] cum omnibus appendiciis liberum et sine persona, salvis episcopi et ministrorum suorum debitis obsoniis, concedimus, recepta a fratribus ejusdem ecclesie caritatis concessione, ut singulis annis obitus nostri die de redditibus ejusdem altaris reficiantur, cetera in eorumdem usibus conferantur. Ceterum altare de Melnis cum appendicio suo Nova Ecclesia[2], petitione et redditione Radulphi, archidyaconi nostri, et altare de Herlaincurt cum villis ad idem pertinentibus, Gumincurch scilicet et Harmiis et Montibus, et altare de Riwalecurch[3] libera et sine personis eidem ecclesie ad usus fratrum, salvis episcopi et ministrorum suorum redditibus, conferimus ea quidem canonice institutionis auctoritate, ut presbyteri prelibatis altaribus servituri curam de episcopi manu recipiant, et ministris episcopi de synodalibus respondeant. Ut autem hec ecclesie inconvulsa permaneant, in prevaricatores excommunicationis sententiam promulgamus, nostraque sub ymaginatione exsculpta et autenticarum personarum testificatione subnotata autenticamus. Porro quod in introitu sacerdotii nostri ecclesia eadem canonica possessione privilegiorum attestatione obtinebat, concedimus, affirmamus, et, ne quis imposterum ad ecclesie dampnum pervertat, anathematis colligatione avertimus. S. Johannis archidiaconi; S. Radulphi archidiaconi; S. Anselli archidiaconi; S. Theodorici archidiaconi; S. Evrardi archidiaconi; S. Erleboldi prepositi; S. Erleboldi decani; S. Roberti cantoris; S. Balduini, Haduini, Stephani, sacerdotum; Bernardi, Radulphi, Werimboldi diaconorum; Gerardi, Roberti, Mazelini, Guidonis, Lautberti, Diloardi, Johannis, Herewardi subdiaconorum. Actum est hoc anno Incarnati Verbi millesimo centesimo decimo sexto, indictione octava, presulatus domini Burgardi primo.

Cartulaire no 59, fol. 87 ro et vo aux Archives du Royaume.

1) Meslin-l'Evêque, près d'Ath.

2) Melden et Nieuwerkerken, près d'Audenarde.

3) Ces différentes paroisses sont situées en France, aux environs de Cambrai.

Délimitation entre la paroisse d'Audenarde (diocèse de Tournai) et celle de Volkegem (diocèse de Cambrai).

L'acte suivant est très-intéressant au point de vue de la circonscription de l'ancien diocèse de Tournai. Il nous prouve une fois de plus combien les délimitations exactes des paroisses sont anciennes dans notre pays; car déjà bien longtemps avant l'acte de 1117, une décision antérieure avait mis fin à des contestations relatives au même objet.

1117.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Lambertus, Dei gratia Noviomensium et Tornacensium episcopus, universis catholice Ecclesie filiis in perpetuum. Plerumque solet accidere, ut inter fratres altercationum cause, que canonico judicio satis rationabiliter fuerant terminate, sed nullis scripti monimentis memorie posterorum commendate, rursus ex temporum successione et rerum gestarum oblivione ad rediviva contentionum suscitentur litigia. Unde necessarium duxi presens scriptum sufficientis testimonii auctoritate roboratum tam presentibus quam futuris contradere de altercatione parochialis limitis inter Aldenardum, mee videlicet parochie[1] burgum, et Folkengem, Cameracensis quidem diocesis villam. Que altercatio inter predecessores meos et Cameracenses episcopos dudum habita et dehinc inter me et dominum Burchardum, coepiscopum meum, diutissime retractata, tandem in generali conventu Remis habito debitum finem accepit et tali concordia conquievit : Constitit utrumque legitimum fore limitem, a medio primi et antiquioris pontis, ita ut ex neutra parte ulli omnino aliqua

[1]) *Parochia* est employé ici dans le sens de diocèse.

ratione liceat contradicere, nec ullam aliquatenus transgressionem facere. Quod ut ratum et inconvulsum permaneat, presentis scripti et sigilli nostri attestatione cum subscriptorum testium annotatione sub anathematis sententia confirmamus. S. Radulfi Remorum archiepiscopi; S. Lamberti Noviomensis atque Tornacensis episcopi; S. Lisiardi Suessionensis episcopi; S. Willelmi Catalaunensis episcopi; S. Bartholomei Laudunensis episcopi; S. Petri Belvacensis episcopi; S. Johannis Morinensis episcopi; S. Roberti Atrebatensis episcopi; S. Clarembaldi Silvanectensis episcopi; S. Ingelranni Ambianensis episcopi; S. Tornacensis archidiaconi Rotberti; S. Gotheri decani. Actum est hoc Remis anno Verbi Incarnati m. c. xvii, indictione decima, episcopatus domini Lamberti anno iiii. Ego Hugo, cancellarius, legi et jussu episcopi Lamberti subtersignavi.

Cartulaire de l'abbaye d'Eename, n° 89A, fol. 74 et suiv., acte n° XXI, aux Archives du Royaume.

L'ÉVÊQUE D'UTRECHT ACCORDE A L'ABBÉ D'EENAME LA PERMISSION DE CONSTRUIRE, A CLUYSEN, UNE CHAPELLE EN L'HONNEUR DE NOTRE-DAME.

Quoique dans l'acte même le nom ne se trouve pas exprimé, il résulte d'une note marginale inscrite au cartulaire d'Eename que c'est l'église de Cluysen dont il est question. En effet, avant l'érection des nouveaux évêchés, Cluysen constituait dans la Flandre l'extrême limite du vaste diocèse d'Utrecht. Nous reviendrons sur cet acte dans notre travail sur l'ancien diocèse de Tournai.

20 mai 1122.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et

Spiritus sancti. Ego GODEBOLDUS, Dei gratia Trajectensium episcopus, cunctis fidelibus. Cum semper pium sit justis petitionibus annuere, procul dubio impium esse non dubitatur, si religiosis pie petentibus non annuatur, presertim cum pro laude Dei amplificanda ad quod omnibus per omnia summopere studendum est, aliquid petatur. Eapropter tua, karissime fili Gilliberte, Ehamensis abbas, vota suscipientes, tum pro petitione nobilis Flandrensium comitis Karoli, tum pro reverentia tui, consilio et assensu personarum nostrarum, gratanter annuimus tibi quod petisti. Igitur in loco solitario, quem prefatus comes tue contradidit ecclesie, qui situs est inter adjacentes partes que vulgo Ritvorth et Langebeka dicuntur, in termino nostre diocesis, in honore beatissime Dei Genitricis Marie oratorium ibi construendum concedimus. Ad quod ob salutem anime mee et predecessorum meorum usui fratrum inibi Deo famulantium donamus quicquid decimationis aliquomodo deinceps provenire debebit de eo, quod infra prescriptum ambitum ecclesia tua hodie habere dinoscitur per sepefatum comitem, sive in posterum per ipsum aut successores suos habitura est, illudque misericorditer adjungimus, ut propter remotionem sedis nostre pro dedicanda ecclesia aut qualibet alia sacramentorum causa liceat tibi tuisque successoribus a quovis catholico episcopo expetere subventionem, ita sane ut nostre ecclesie debita servetur obedientia. Sepulturam quoque infra memoratum terminum degentibus et ceteris fidelibus nostre diocesis sine impedimento adjacentis parochie canonice expedientibus assignamus. Si vero numerus incolarum sepedicti loci eousque excreverit, ut parochialem presbyterum habere debeat, ille per te substituatur, ita tamen ut a nobis seu a ministris nostris curam suscipiat. Ergo eidem loco, quem cum omnibus sibi pertinentibus sub pontificali tutela suscepimus, cunctis justa servantibus sit pax et salus eterna, invasoribus vero ejusdem anathematis, quoad resipuerint, exterminium. Hanc vero nostre traditionis pagi-

nam, ut firma et inconvulsa permaneat, testamentali astipulatione corroboramus. Sigum Meingoti prepositi; Herimanni prepositi, Theodorici prepositi, Littardi prepositi, Alwini archidiaconi, Alelmi prepositi, Luberti decani, Philippi, Siegebodi capellanorum. Actum est hoc Trajecti xiii kalendas junii, anno Verbi Incarnati m. c. xxij; pontificatus vero domni Godebaldi viii, indictione xv.

Cartulaire d'Eename, n° 89A, fol. 77 et sv., aux Archives du Royaume.

Les églises d'Anderlecht et de Vorsselaer données au chapitre de la cathédrale de Cambrai.

Par l'acte suivant, Burchard, évêque de Cambrai, donne à sa cathédrale l'église d'Anderlecht et celle de Vorsselaer avec les deux appendices Lille et Poederlé. Ces dernières localités furent plus tard érigées en paroisses, comme il résulte d'un pouillé du quinzième siècle. Dans ce document, Lille a le rang d'église médiane et Poederlé, celui de quarte-chapelle. De temps immémorial, Vorsselaer a été église majeure, *ecclesia integra*. La première partie de l'acte ci-dessous a été publiée par M. A. Wauters dans son *Histoire des environs de Bruxelles*, I, p 24. La dernière partie est inédite.

1123.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Burchardus, divina miseratione Cameracensis episcopus, tam futuris quam presentibus in perpetuum. Cum in ecclesiaste scriptum sit : Vide cui des, et congregationi presbyterorum affabilem te facito, nullam preciosiorem nullam familiariorem traditionis

nostre liberalitatem invenimus, quam ut matris nostre ecclesie libertati et augmentationi inserviamus. Proinde altare de Anderlech[1], quod ecclesie sancte Marie pontificali decreto assignatum, ab omni obsonio, ab omnibus sonegiis, omni quoque tam pontificali, quam archidiaconi, decani, seu quorumlibet ministrorum nostrorum exactione in perpetuum emancipamus, sic tamen, ut pro honore episcopalis cathedre duos solidos et sex denarios quotannis die sancti Luce nobis canonici persolvant. De Maslimensi vero altari[2], quod ad anime nostre salutem et aniversarium nostrum quotannis faciendum eidem ecclesie assignavimus, idipsum sanximus. Concessimus etiam, ut de Winti et Ostrezella[3] duos solidos et dimidium, totidem de Jorbisa[4] quotannis die terminata, sepulsa omni exactione, iidem canonici eadem die nobis persolvant. Prefate denique ecclesie Cameracensi ad usus canonicorum altare de Forlaria cum appendicio suo Lisleio, gallice Lisle, et capellam de Poderla[5],

[1]) En 1075, l'église d'Anderlecht fut donnée par l'évêque Lietbert, au chapitre de la cathédrale de Cambrai. Celui-ci mu par la pauvreté de la collégiale d'Anderlecht, lui céda, à son tour, moyennant une rente annuelle de 40 livres, le personat de l'église paroissiale avec tous ses droits et dépendances tels que dîmes, serfs, terres cultivées ou incultes etc. (Wauters, op. cit., P. 24.) Anderlecht, avant comme après l'érection des nouveaux évêchés, a fait constamment partie du décanat de Bruxelles.

[2]) C'est Meslin-l'Evêque, dont il est fait mention dans le document de la page 13. Avant la nouvelle organisation ecclésiastique du seizième siècle, Meslin-l'Evêque faisait partie du décanat de Chièvres, sous le diocèse de Cambrai. Après 1559, il ressortissait au décanat de Lessines, sous le même diocèse. Aujourd'hui il fait partie du décanat d'Ath.

[3]) Scheldewindeke et Oosterzeele, désignés sous le nom de *Winti* et *Osterzella*, ressortissaient, avant 1559, au décanat d'Alost, sous le diocèse de Cambrai. A partir de cette époque, ces paroisses ont fait partie du diocèse de Malines t du décanat d'Oordegem. Depuis le concordat elles ressortissent au diocèse de Gand et au décanat de Sotteghem.

[4]) Jurbise a fait partie du décanat de Chièvres jusqu'au concordat de 1801, et depuis cette époque du décanat de Lens. Déjà au quinzième siècle, Erbiseul était uni à Jurbise.

[5]) Vorsselaer, Lille et Poederlé forment actuellement trois paroisses

salvis nostris et ministrorum nostrorum debitis, tradidimus. Ut autem id ecclesie permaneat, sub anathemate precipimus, et sub signato testimonio sigilli nostri appositione confirmamus. Signum Johannis archidiaconi; S. Radulphi archidiaconi, S. Anselli archidiaconi; S. Theodorici archidiaconi; S. Erleboldi prepositi; S. Oylardi decani, Rodberti cantoris, Haduini, Guidonis, Radulphi, Gueremboldi, Gherardi, Offridi, Hugonis, Gualteri canonicorum. Actum Incarnati Verbi anno millesimo centesimo vicesimo tertio, presulatus autem Burchardi viii°. Ego Gueremboldus, cancellarius, recensui.

Cartulaire de Cambrai, n° 59, fol. 1, aux Archives du Royaume.

Erection et consécration de l'église de Saint-Gengulphe, a Saint-Trond.

1133.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Alexander, sancte Leodiensis ecclesie Dei superhabundante misericordia curam gerens, parvitati nostre commissam provintiam perlustrare, necessariisque recreare fomentis dignum duximus. Cum igitur inter cetera Sancti Trudonis frequentius ingrederemur opidum populosum valde, per Dei gratiam repperimus, ubi sepe loquentes indigne non semel nobis conquesti sunt, quia, cum innumeri essent, et solius tamen ecclesie Beate Marie parochiani, sola ecclesia ad audiendum Dei servitium eos capere non posset, atriumque quantum ad tantam multitudinem nimis angustum mortuorum sepulturis minime

distinctes. Avant 1559, elles ressortissaient au décanat d'Anvers. Depuis cette époque, elles ont constamment fait partie du décanat de Herenthals. Le chapitre de Notre-Dame de Cambrai a conservé le patronage de ces églises jusqu'à la révolution française du siècle dernier.

sufficeret, horum ergo tam religiosa quam necessaria moti petitione ecclesiam quandam, que infra septum continebatur opidi, rationabiliter, archidiacono presente simul et concedente, domino abbate Raulfo, decanoque et presbyteris Erembaldo et Henrico non tantum presentibus verum etiam petentibus et cooperantibus, in honorem dedicavimus beati Gengulphi, martyris, eique hanc in consecratione attribuimus libertatem, ut ibi singulis diebus divinum celebraretur officium, ut ibi quisquis optaret sepeliri, non reclamante ecclesia Beate Marie, cui subjacet, licenter sepeliretur, et, ut paucis dicamus, omnia fierent in ea, que in supradicta, preter synodum et baptisma. Stabilivimus quoque, ut a domino abbate hujus loci utraque daretur ecclesia uno dono; presbyter quoque, si delinqueret graviter, utramque uno amitteret judicio. Cum vero jam ante consecrationem dotem recepisset predicta beati Gengulphi basilica, consecrationis die quidam viri catholici dotem ipsius coram nobis ampliaverunt hac conditione, ut singu is ebdomadibus feria secunda animarum defunctorum fidelium ibidem fieret commemoratio, id est, missa pro eis celebraretur. Placuit autem et dotem ipsius subterscribi. Habet apud Serchesiam decimam duorum mansorum; alibi vero decimam unius bonnarii quod fuit Wicmanni; dimidiam partem decime de manso Fastradi; de terra Raulphi Liere decimam trium bonnariorum; decimam cujusdam bonnarii, quod nuncupatur Holtdraca; decimam unius bonnarii, quod dicitur Wielant acre; Ramundi curtem et justitiam totam preter sturmum[1] et furem et falsam mensuram; curtem Hezelonis, que duos solvit denarios quatuor multure Sancti Trudonensis in molendino Elreholt; curtem quandam infra opidum Sancti Trudonis, que solvit xii denarios; in villa Sarchino curtem, que solvit v denarios; bonnarium allodii apud Hesbynam; familiam quoque Stenardum, Bertam,

[1]) *Sturmus*, dérivé du flamand *stormen*, signifie, en cet endroit, le droit de sonner le tocsin, la *conclamatio ad arma*.

Helvidem, Odegedam, Hadem, Alsuentdem. Actum est anno ab Incarnatione Domini m. c. xxxiii, indictione xi, sub papa Innocentio, rege Romano prefecto Lothario, anno episcopatus nostri sexto, suaviter omnia disponente Domino Ihesu Christo; cui honor et gloria in secula seculorum, amen[1].

Original sur parchemin, muni d'un sceau de cire brune à double queue de parchemin, aux Archives du Royaume.

L'Évêque de Cambrai confirme l'abbaye de S. Michel d'Anvers dans ses possessions.

L'abbaye de Saint-Michel, fut fondée en 1124. Les nobles et les bourgeois d'Anvers rivalisèrent de zèle pour la combler de bienfaits. Aussi eut-elle bientôt des possessions considérables tant à Anvers qu'aux environs. Par l'acte suivant Nicolas, évêque de Cambrai, confirme l'abbaye dans quelques-unes des possessions qu'elle avait nouvellement acquises.

1146.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Nicholaus, Dei gratia Cameracensis episcopus, tam futuris quam presentibus in perpetuum. Sollicitudo injuncti officii et collate nobis a Deo dignitatis cura pastoralis ecclesiis nobis commissis frequenter nos invigilare et bonum preesse instruunt et ammonent, et si qua beneficia ex bonorum elemosinis eisdem conferuntur, sic ordinare et ordinata ea providentia confirmare, ne imposterum rerum sibi traditarum aliquod patiantur dispendium. Hac de causa posterorum providentie scripto transmittimus, quod Johannes cognomento Elvelche

[1]) Ce document a été publié, d'après le cartulaire de Saint-Trond, dans les *Annales de l'académie d'archéologie de Belgique* (VII, 112). Nous reproduisons l'acte original, qui offre quelques variantes.

terram, que jacet in Burgerweert[1], quam hereditario jure separatam a terra fratris sui Wenzonis libere tenebat, ecclesie Sancti Michaëlis de Antwerpia in elemosinam super altare pro remedio anime sue dedit, et fraternitatem atque prebendam, quamdiu vixit, pro ea accepit. Hanc autem terram abbas Emelinus predicte ecclesie a quodam Hilboldo de Antwerpia lxv solidis, ubi predictus Johannes eam invadiaverat, redemit, et donum illius ante villicum et scabinos de Suindrech bis recepit. Hii sunt testes qui interfuerunt : Rengotus villicus, Alcanus, Walbertus, Alardus, Hio, scabini; Willelmus, Walbertus, Wenzo frater ejus, milites; Henricus Pulcher, Alardus, rustici; Reinerus et Gripho, sacerdotes; Gunterus, Robertus, Walterus Altus et Henricus Wintwelt, conversi, et tota villa. Hoc etiam donum terre tradidit et recognovit abbati et predicte ecclesie ante Alolfum villicum et ante scabinos Antwerpie Hugonem Breebaert, Walemannum, Balduinum Costel, Raduardum Tempus-Dei.

Pretera Alscanus, decanus de Brochem, terram cum curte Haga[2] et cum omni jure suo predicte ecclesie tradidit, cujus hereditarium jus possederat quondam quidam Amelricus, quod ipse et omnes heredes sui, consensu Gocelini Hirci, cujus allodium fuerat, pro octo marcis sibi perpetualiter vendiderat. Hujus rei testes sunt : Arnoldus dapifer, Renzo de Thildunc, Reinerus prepositus Antwerpiensis, Raduardus Tempus-Dei.

Ad hec etiam Henricus Lodinc, annuentibus filiis suis videlicet Adam et Holmero et Henrico et Balduino, et omnium heredum suorum [consensu], quando ad conversionem venit, prefate ecclesie pro remedio anime sue et omnium

[1]) Le Burgerweert est plus connu aujourd'hui sous le nom de Tete de-Flandre. Le poldre qui environne la tête de Flandre, s'appelle encore le poldre de Burgerweert. La Tête de Flandre aujourd'hui, comme autrefois, est une dépendance de la paroisse et commune de Zwyndrecht.

[2]) Cette ancienne ferme était située sous la commune de Wommelghem, non loin de l'antique château d'Immerseel.

predecessorum suorum quamdam terram, que jacet juxta Ossele, in elemosinam jure perpetuo contulit. Hec videlicet terra solvit xii denarios in maio et duos solidos in festo sancti Bavonis et sex denarios in Natale Domini cum duobus galinaciis et pane unius denarii valentis. Hii sunt testes : Johannes de Wilrica, Balduinus Pes, Arnoldus Amman, Winandus frater ejus et Geucas.

Hermannus etiam Helcken terram suam, que jacet inter Securen et plateam de Harincrode[1] prefate ecclesie pro octo marcis vendidit, et pro remedio anime sue in elemosinam tradidit. Hujus terre separate a coheredibus tria sunt jugera et plus. Hanc tradidit ecclesie ante scabinos Antwerpie tali conditione, ne aliquis heredum suorum eam ulterius redimere possit. Hii testes : Tibaldus Patdebuec, Becco decanus, Gerolfus Runca, Walemannus.

Ut hec autem omnia rata et inconvulsa permaneant, sigilli nostri impressione et testium subnotatione corroboramus et confirmamus ; ad arcendas vero quorumlibet importunitates, data conservatoribus benedictione, in prevaricatores, quousque resipuerint, excommunicationis sententiam exponimus. Signum Johannis, S. Theodorici, S. Alardi, S. Radulphi archidiaconorũm ; S. Hugonis decani Sancte Marie ; S. Gerumboldi, S. Gerardi, S. Johannis sacerdotum ; S. Bartholomei, S. Willelmi, S. Holrici diaconorum ; S. Eustachii, S. Anselmi, S. Puppini subdiaconorum. Hec autem acta sunt anno Dominice Incarnationis m. c. xlvi. Ego Gerumboldus, cancellarius, legi et recensui.

Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel, à Anvers, fol. 8 vo et 9 ro, aux Archives du Royaume.

[1]) Le hameau de Harincrode était situé à l'endroit où l'on construit le nouveau quartier Léopold, à Anvers, c'est-à-dire entre la chaussée de Turnhout et celle de Malines, à proximité des glacis. La rue d'argile (Leemstraet) le reliait à la ville.

BULLE DU PAPE ADRIEN IV, PAR LAQUELLE IL CONFIRME, DANS SES POSSESSIONS, L'ABBAYE DE SAINT-MICHEL, A ANVERS.

1157.

ADRIANUS, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Emelino, abbati ecclesie Sancti Michaëlis de Antwerpia, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et ad exemplar predecessoris nostri sancte recordationis pape Eugenii prefatum locum, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostri protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus.

In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam atque Premonstratensium fratrum ordinem in eodem loco dinoscitur institutus perpetuis ibidem temporibus et inviolabiliter observetur; concordiam etiam quam venerabilis frater noster Nicholaus, Cameracensis episcopus, ad pacem inter vos et canonicos Sancte Dei Genitricis Marie reformandam constituit et scripto suo firmavit, ratam habentes auctoritate sedis apostolice confirmamus : potestatem videlicet quam canonici Sancte Marie in parochia sua habent, scilicet in pascha et in pentecoste baptizandi, infirmos visitandi, oleoque sacro inungendi, mortuos sepeliendi libere concessam, oblationes quoque, que in vestra ecclesia et in capellis vestris omni tempore offeruntur, quas vobis predicti canonici concesserunt, hiis exceptis, que pro ipsorum parochianis mortuis offeruntur, qui in vestro habitu inventi non fuerint. De quatuor grangiis pariter vobis decimas concesserunt sub annuo redditu, videlicet duodecim

sextariorum forensis mensure : quatuor siliginis, quatuor ordei et quatuor avene, que omnia et alia, que in eodem privilegio rationabiliter statuta sunt, rata et inconcussa manere censemus. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia inpresentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : curtem Potfliet[1] cum duobus molendinis, novam curtem[2], curtem Hairincrode[3], curtem Ossele[4], curtem Parcum[5], curtem Halterle[6], curtem Marcblas[7], curtem

[1]) *Potfliet*, plus connu aujourd'hui sous le nom de *Pothoek*, est situé entre le ruisseau appelé *Vuilbeek* et le hameau *Den Dam*, sur le territoire d'Anvers et sous la paroisse de S. Willibrord.

[2]) On appelait ainsi une ferme située à Harincrode.

[3]) Voyez ci-dessus p. 24, note.

[4]) Nous pouvons d'autant moins déterminer la situation d'Ossele, que cette localité ne se rencontre pas dans les actes des temps postérieurs. Peut-être est-ce le village d'Osselt, dépendance de la commune de Brusseghem, au canton d'Assche. Cependant M. A. Wauters dans son *Histoire des environs de Bruxelles,* ne mentionne aucune possession de l'abbaye au village d'Osselt.

[5]) C'est le village de Perck, près de Vilvorde, ancien alleu de la famille de Schooten. Les membres de cette noble famille ont été les grands bienfaiteurs de l'abbaye de Saint-Michel qui lui devait non-seulement les biens de Perck, mais encore les immenses propriétés de Santvliet. Par un acte du mois de mai 1265, Godefroid de Wesemael et son épouse Ysentrude, seigneurs de Perck, confirment l'abbaye dans les propriétés qu'elle avait dans leur seigneurie : *Gratum et ratum habent,* disent-ils, *donationem decime in Bocht, parochie de Parca, et quicquam in quibuscumque rebus quocumque locorum sunt site, Lutgardis, domina de Scoten, de consensu liberorum suorum in elemosinam sive quocumque modo liberaliter contulit ecclesie beati Michaëlis.* (*Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel,* fol. 34 r°.)

[6]) Halterlé ou Houterlé est un hameau et fief sous Hoogstraeten, qui a donné son nom à une famille vassale du seigneur de Hoogstraeten, au treizième siècle. Le nom moderne du hameau et de la belle ferme qui s'y trouve, est Houtel.

[7]) Le village de Merxplas doit son nom à la source de la Marck qui

Wortele[1] cum tertia parte decimarum ejusdem ville, curtem Haga[2], curtem Hockesele[3], terram Santvliet[4] cum quinto manipulo segetum et duabus partibus decimarum ejusdem ville, terram in Berendrecht, terram in Linlo, terram in Orderen, terram in Wilmardunc[5], terram in Abendunc, terram super Mur[6], terram in Akerne[7], terram in Steenburgerweert, terram in Burcherwart[8], curtem in qua sorores habitant, cum libertate ecclesie earumdem sororum[9], piscationem Huntemuden[10] piscationem anchorarum, quotquot

se trouve sur son territoire. Il est situé à égale distance de Turnhout et de Hoogstraeten. La cure, depuis le douzième siècle, a été desservie par les religieux de l'abbaye de Saint-Michel.

¹) Ce village est situé à une demie lieue de Hoogstraeten. Le patronage de l'église appartenait au chapitre d'Anvers.

²) Voyez p. 23, note 2.

³) On trouve la description historique du village de Nederockerzeel désigné ici, dans l'*Histoire des environs de Bruxelles*, par M. A. Wauters, III, pp. 144-152.

⁴) Voyez ci-dessus, I, p. 475.

⁵) Ces différents villages, avec celui de Santvliet, forment un groupe au nord d'Anvers, dont ils n'étaient autrefois que des chapelles ou annexes.

⁶) Nous ignorons les localités désignées par Abendunc et Mur.

⁷) Le village d'Eeckeren, un des plus considérables de l'arrondissement d'Anvers, formait l'extrême limite du diocèse de Liége, avant 1559; il ressortissait alors au décanat d'Hilvarenbeek. Après l'érection de l'évêché d'Anvers, dont il dépendait, il fut placé d'abord sous le décanat de Bergen-op-Zoom; et en 1609-1610, il passa au décanat rural d'Anvers. En 1837, il devient le chef-lieu d'un nouveau décanat.

⁸) Voyez p. 23, note 1.

⁹) Les religieuses de l'Ordre de Prémontré avaient d'abord leur demeure à côté de l'abbaye de Saint-Michel; mais, d'après les historiens d'Anvers, elles choisirent un autre local, vers 1137, sans que jusqu'ici on ait pu désigner l'endroit où elles se retirèrent. Voyez Mertens et Torfs, *Geschiedenis van Antwerpen*, VI, pp. 66 et sv.

¹⁰) On a disputé pendant longtemps sur l'emplacement d'Hontemuden, appelé parfois Olmeremutben. Nous adoptons volontiers l'opinion du savant critique hollandais Kluit. Voici comment il s'exprime à ce sujet, dans son excellent ouvrage *Historia critica comitatus Hollandiae et Zelandiae*, II, 1re p., p. 170, note : *Hontemuden procul dubio ex Honta* (Le Hont)

habere potueritis, sicut Jordanus de Beverna pietatis intuitu vobis noscitur concessisse, cum mancipiis et pascuis et nemoribus et mansuris. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astucia seu violentia supponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Augustini regulam providerint eligendum. Inhibemus etiam, ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem absque abbatis licentia fas sit aliqua levitate de claustro discedere; discedentem vero sine communi litterarum cautione nullus audeat retinere. Liceat vobis etiam, quando generale supervenerit interdictum, clausis januis et exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis tintinnabulis, et suppressa voce divina officia celebrare. Sancimus etiam ut ecclesia vestra ab omni episcoporum nova et indebita exactione libera et quieta permaneat. Sane novalium vestrorum et earum terrarum vestri juris, quas cotidiani maris fluctus opprimunt, si eas quolibet labore vel sumptu ab eisdem fluctibus defendere forte potueritis, et illas propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus a vobis decimas presumat exigere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia et integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa

fluvio et muda *nunc* munda, *id est, ostium, os sive fluvii exitus... Locus ille non amplius exstat; sed quum abbatia sancti Michaëlis hic suam habuerit piscationem, sciscitatus reverendum abbatem ab eo responsum tuli: Olim abbatiam ex adversus pagum* Den Agger, *prope Ossendrecht, habuisse piscationem, ibidemque se haud dubitare Hontemudam quaeri debere.* Ce serait donc le nom d'un endroit, situé près de la bifurcation de l'Escaut, non loin du fort de Bath. L'Escaut oriental était inconnu à cette époque; il était exclusivement appelé Le Hont. Kluit le démontre à l'évidence.

sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam scienter contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita nec presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hii fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant, amen. Incarnationis Dominice anno m. c. lvii, pontificatus vero domni Adriani pape quarti anno tertio.

Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel, à Anvers, fol. 1 ro et vo, aux Archives du Royaume.

L'abbaye de Forest obtient le patronage de l'église de Gammerages.

Gammerages, en flamand *Galmaerden*, ressortit au diocèse de Cambrai jusqu'au concordat de 1801. Il faisait partie et dépend encore aujourd'hui du décanat de Hal. L'église paroissiale est dédiée à saint Pierre.

1166.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Nicholaus, Dei gratia Cameracensis episcopus, quum que legitime decisa fuerant per justitiam, solent frequenter, estuante avaritia vel deficiente memoria, reverti in controversiam, volumus scripto irretractabiliter annotari, quod necessarium est irrefragabi-

3.

liter firma pace possideri. Notum igitur sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod donatione altaris de Galmaerden cum appenditiis, quam abbas Walterus de Bergis assensu totius capituli sui ecclesie de Forest fecit, nos ratam et inviolabilem consilio archidiaconorum nostrorum, salvis nostris nostrorumque ministrorum debitis, integre ac libere concessimus. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, scriptis mandare et sigilli nostri impressione ac legitimis testibus roborare curavimus. Et ne quis contra hujus nostre pagine sententiam venire et infringere presumpserit, vinculum anathematis adjunximus. Testes : Theodorus archidiaconus, Osto archidiaconus, Thibaldus abbas Antwerpiensis, Theodoricus abbas Grimbergensis, Hildebrandus abbas Getensis, Reinerus prepositus Antwerpiensis, Robertus decanus de Bella, Henricus decanus de Monte Geraldi, Walterus de Dica, Anselmus de Chimay, Olricus, canonici. Actum anno Verbi Incarnati m. c. sexagesimo sexto, indictione XIIII[a].

Cartulaire de l'abbaye de Forest, fol. 44 v°, aux Archives du Royaume.

FRANCHISES ACCORDÉES AUX COLONS DE SCHOONBROECK ET DE WERBEECK (RETHY).

Schoonbroeck et Werbeeck, hameaux considérables, ressortissant autrefois sous le rapport spirituel à la paroisse de Rethy, n'avaient pas de chapelles au douzième siècle. Celle de Schoonbroeck, dédiée à saint Job, fut érigée en 1476, celle de Werbeeck fut bâtie, l'année 1646, en l'honneur de Notre-Dame, par l'abbé de Tongerloo, Augustin Wichmans. On y vénère une statue miraculeuse de la Sainte Vierge. A la suite de l'arrêté royal du 11 juillet 1842, la chapelle de

Schoonbroeck fut érigée en succursale. L'église de Rethy, consacrée sous le vocable de S. Martin, fut cédée en 1264, à l'abbaye de Tongerloo par le chapitre de Saint-Martin de Liége. Avant 1559, Rethy faisait partie du décanat de Beeringen, sous le diocèse de Liége, et, depuis cette époque, de celui de Gheel, d'abord sous le diocèse de Bois-le-Duc, et depuis 1801, sous celui de Malines.

A la réorganisation ecclésiastique faite en 1803, le hameau de Schoonbroeck devint une annexe de Turnhout, et par suite fit partie du décanat de Hérenthals, jusqu'en 1837, lorsqu'il fut placé sous celui de Turnhout.

La chapelle de Werbeeck a constamment ressorti à la paroisse de Rethy. Depuis l'incorporation du personat de Rethy à l'abbaye de Tongerloo, en 1264, l'église paroissiale a été desservie par les chanoines réguliers de ce monastère.

Par l'acte suivant, Henri I, duc de Brabant, accorde certaines franchises aux colons de l'abbaye de Tongerloo, demeurant à Schoonbroeck et à Werbeeck, sous la condition qu'ils lui paieraient un cens annuel.

Juin 1221.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Henricus, Dei gratia dux Lotharingie, tam presentibus quam futuris, quibus hoc scriptum presentatur, in perpetuum. Notum sit universitati vestre, quod nos in honore piissime Virginis Marie et in remissione peccatorum nostrorum et pro animabus parentum nostrorum et salute successorum concessimus abbati et fratribus ecclesie sancte Marie de Tonger-

loo, quod mansionarii[1] eorum, qui manent apud Tongerlo et ex illa parte Nete, ubi ipsa villa sita est, et de Sconebruke, et Werbeke et Lifterde[2] liberi sunt ab omnibus petitionibus[3], que fiunt per nos vel per successores nostros; de cetero fient sub hac forma, quod annuatim, quando fiunt petitiones, ipsi nobis vel successoribus nostris solvant duas marcas, quas abbas vel suus nuntius inter eos ordinabit. Quia autem fratres predicte ecclesie specialiter sicut fideles nostros deligimus, volumus ut mansionarii eorum ita a nostris judiciariis manuteneantur, ut sicut ipsi nobis semper voluntarie servierunt, ita possint eis, secundum quod tenentur, servire. Ut autem hec concessio dudum a nobis facta et stabilita in perpetuum rata et inconvulsa permaneat, presens scriptum sigillo nostro et sigillo Henrici, filii nostri, fecimus roborari. Actum anno gratie m. cc. xxi, mense junio, coram hominibus nostris nobilibus et ministralibus.

Archives de l'abbaye de Tongerloo.

TRANSLATION DE LA CHAPELLENIE DE LEDEBERGE A L'HÔPITAL DE SAINT-JEAN-BAPTISTE, A BRUXELLES.

21 décembre 1226.

Universis presens scriptum inspecturis G. DE BRANIA, canonicus beate Marie Cameracensis, quondam decanus de Hal, salutem. In omnium salutari presentium attestatione notum facimus universis, quod nos accepimus

[1]) *Mansionarius*, manant, tenancier, colon.

[2]) Nous ne pouvons préciser la localité désignée par Lifterde. Il est possible que ce soit ou Lichtaert, ou Liessel sous Gheel.

[3]) Petitio, en flamand *bede*. C'était l'aide ou subside que les Etats de Brabant accordaient au duc.

litteras reverendi patris G., Dei gratia Cameracensis episcopi, talem verborum seriem continentes : — G., Dei gratia Cameracensis episcopus, viro venerabili et dilecto in Christo G., decano de Hal, canonico Cameracensi, salutem et sinceram dilectionem. Intelleximus quod vir nobilis Wilhelmus de Ledeberge, miles, in domo hospitalis sancti Joannis in Bruxella pro sua et antecessorum suorum salute perpetuam vult instituere capellaniam de bonis suis, quam petit auctoritate nostra dicte domui confirmari. Cum igitur justis ejus postulationibus et precipue pro augmento cultus divini debeamus inclinari, vobis mandamus, et volumus, ut, intellecta super hoc diligenti veritate, de capellania ordinetis loco nostri, quidquid secundum Deum videritis ordinandum. In omnibus enim, que ad ordinationem vel confirmationem aut etiam institutionem dicte capellanie ad nos possunt pertinere, vobis committimus vices nostras. Datum Cameraci, feria secunda post conversionem sancti Pauli, anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo quinto. — Nos igitur mandato reverendi patris G., Cameracensis episcopi, prout decet, obedientes, apud Bruxellam in propria persona accedentes, illos, qui merito ob hanc causam videbantur evocandi, evocavimus sub testimonio competenti, videlicet : Abbatem et capitulum Ninivense, infra quorum terminos bona capellanie, de qua agitur, et ipsa capellania continebantur; convocavimus etiam parochianos de Ledeberge et filios domini Wilhelmi, qui futuri erant heredes predicte ville, in quorum subsidium sive solatium dicta capellania apud Ledebergam a quibusdam velut a longe spectantibus posset videri constituta; convocavimus etiam capitulum Sancte Gudile, Bruxellis, infra cujus terminos dicta capellania secundum honestum et laudabile dicti Wilhelmi propositum erat constituenda. Abbate igitur et conventu Ninivensi per litteras suas patentes tam translationi quam confirmationi dicte capellanie consentientibus, parochianis

autem filiisque dicti Wilhelmi de Ledeberga, licet pluries ad hoc fuissent citati, contumaciter se absentantibus, capitulo vero Sancte Gudile nullam causam rationabilem sive efficacem contradicendi proponente, nos, diligenter consideratis omnibus negotii circumstantiis, scilicet predicte villule de Ledeberga, que est appendicium de Pamella, miserabili raritate et hominum ibidem commorantium paucitate, considerato etiam quod residens ibidem capellanus, maxime cum in pago illo cum cura animarum de facili poterit populo tam pauco sufficere, pensata insuper venerabilis hospitalis dicti, ad quod in subsidium pauperum ibidem confluentium dicte capellanie debet fieri translatio, laudabili Deo et hominibus religione, auctoritate Cameracensis episcopi, qua fungimur in hac parte, dicte capellanie translationem gratam et ratam habentes, presertim cum satis constat nobis, quod prefata capellania de Ledebergha non fuerit confirmata vel constituta, sed pie devotioni dicti Wilhelmi ad tempus ibidem commodata, ipsam capellaniam cum omnibus bonis suis, que capellanus servitiens in illa hactenus recepit ratione illius et in posterum recepturus, memorato hospitali confirmavimus, salvo tamen in omnibus et per omnia jure parochialis ecclesie, infra cujus terminos memorata capellania est constructa. Statuimus autem ad cautelam et ordinavimus authoritate predicta, de consensu sepedicti Wilhelmi, ut si dictum hospitale pro tempore sive annuatim in dicta capellania voluerit instituere capellanum, ille decano christianitatis vel archidiacono loci ex parte diocesani episcopi presentetur, qui, si dignus fuerit, recipiatur, si vero tanquam indignus repudiatus fuerit, dictum hospitale non propter hoc jure suo privetur, sed liberam habeat potestatem alium idoneum presentandi; si vero prefatum hospitale in dicta capellania perpetuum, ut ita loquamur, instituere voluerit capellanum, ille nullo modo sine licentia speciali diocesani episcopi vel alterius, cui hoc ab episcopo specialiter fuerit concessum,

recipiatur. Obligavit autem se dictum hospitale sub testimonio competenti, quod si in dicta capellania ad competentiam beneficii aliquid deficeret, ipsum de proprio dicte capellanie secundum bonorum virorum estimationem usque ad condignam competentiam providebit. Ne autem quisquam in posterum tam pio operi sive episcopali confirmationi ausu temerario presumat obviare, presentes litteras sigilli nostri caractere dignum duximus roborare. Actum apud Bruxellam, anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo sexto, mense decembri in die sancti Thome, apostoli. Testes : magister Gerbertus, magister Balduinus, dominus Stephanus, dominus Amelricus, dominus Geraldus de Savelthem, dominus Reynerus de Lemniaco et magister Wilhelmus de Herines presbyter.

Archives particulières.

Vie de S. Aldegonde; charte de dotation de l'abbaye de Maubeuge; revenus de ses terres.

Les Bollandistes ont publié dans les *Acta Sanctorum*, au 30 janvier, trois vies de S. Aldegonde. Il existe encore une quatrième manuscrite au dépôt des Archives de l'Etat à Liége. Nous croyons qu'elle doit venir en second lieu dans l'ordre chronologique. Le parchemin, sur lequel elle est écrite, est en rouleau de la longueur de deux mètres trente-quatre centimètres. L'écriture, de la hauteur d'un demi centimètre, nous paraît être du Xe siècle. Les nombreuses fautes de copiste qu'on y rencontre, montrent assez que ce n'est point l'autographe de l'auteur.

Sur le même parchemin se trouve écrite de la même main, la charte de dotation de l'abbaye de Maubeuge par S. Aldegonde. Cette charte porte moins de signes d'interpolation que celle qui a été publiée dans les *Opera diplomatica* de Miraeus (III, 557). et dans les *Acta Sanctorum Belgii* de Ghesquière (IV, 305). Toutefois elle soulève aussi plusieurs difficultés. Il y est dit que la dotation a eu lieu l'an vingt du règne de Dagobert; or, Mabillon a prouvé dans différents de ses ouvrages que Dagobert n'a régné que dix ans en Neustrie et seize en Austrasie. La qualification de *beatus* et *sanctus* donnée à l'évêque Aubert, à Amand et à Ouen, la longue liste des témoins dont plusieurs ne vivaient pas dans ce temps-là, et leurs différentes qualifications montrent à toute évidence que la charte a subi des

altérations. Il est indubitable qu'un copiste a ajouté les noms de plusieurs témoins et a donné à d'autres les qualifications et les dignités qu'ils n'ont obtenues que bien plus tard.

Sur le même parchemin se trouve en troisième lieu l'énumération des revenus que les terres de Solre-S.-Géry et de Courtsolre rapportaient à l'abbaye.

M. l'archiviste Schoonbroodt nous a permis de prendre une copie de ce manuscrit et nous nous plaisons à le remercier de sa grande complaisance[1].

Nous donnerons fidèlement le texte de ces trois pièces avec toutes les fautes de copiste et nous marquerons du signe dubitatif (?) les mots à peu près illisibles.

IN CHRISTI NOMINE. INCIPIT VITA BEATISSIME ALDEGUNDIS VIRGINIS CHRISTI.

Tempore Dagoberti, inclyti regis Francorum, oritur puella quaedam ex regali prosapia nomine Aldegundis cujus pater, ut in vetustissimis paginulis ac plurimorum relatu comperimus, Guadbertus, mater vero Bertilia nuncupati sunt; duo quoque avunculi ejus quorum Guerlandus majoris dominatus dignitatem amministrans exercuit; alter Landricus vir strenuissimus et in bellicis rebus valde doctus fuisse perhibetur; sancta Aldegundis virgo quae sciscitata a matre si carnali se vellet sociari conjugio ac paternarum percipere more solito traditiones,

[1]) M. Schoonbroodt a publié en 1863 une analyse *exacte* et *complète* de 1294 chartes du chapitre de S. Lambert qui se trouvent au dépôt des Archives de l'Etat à Liége. Voici le titre de son bel ouvrage : *Inventaire analytique et chronologique des chartes du chapitre de S. Lambert à Liége publié par J. G. Schoonbroodt, docteur en droit, conservateur des archives de l'Etat et ancien membre du conseil provincial de Liége,* 1 vol. in-4°.

illa cum lacrimis pre gaudio matre cogente responsum divinum attulit dicens : Christo Domino me tota devotione tradidi, illi me soli devovi, alium preter eum sponsum habere nolo; tantum (?) hujusmodi sponsum concupisco cujus predia sunt coelum, terra et mare cujus fundi in eternum non deficient, cujus cotidie divitiae crescunt et numquam minuuntur, si potes, mater, talem mihi accipe sponsum, non hominem peccatorem, petulantem et moriturum. Occulte vestes regias ac monilia mirifica, omnemque suppellectilem sibi traditam, quae olim ad honorem hujus seculi a parentibus servata fuerant, vendidit et pauperibus erogavit. Iterum precepit ei mater ejus Bertilia inclyta ut ex linteo ornamenta sponsi consueret, quae divino accensa amore sponsum jam carnalem oblivioni tradiderat, quum in ejus pectore summus manebat sponsus, chrismi vestimentum unde capita infantium ornantur consuit et in scrinio recondit, statimque ut matri ejus venerabili Bertiliae res cognita fuit, corporali eam disciplinae[1] corrigere voluit, hoc audiens sancta virgo, silentio fuga lapsa ad locum nemorosum, quod pater ejus ac mater jure haereditario contra sanctam hac[2] venerabilem neptam[3] eorum Gerdrudem sorte diviserant, pervenit ibique parum eradicatis arboribus cellulam in honore S. Petri apostoli dedicavit ac deinceps monasterium, quod vocatur Melbodium construxit quod Sambra girat, Melbodius perforat ac turba premit sanctarum virginum, dextra levaque nemus et planicias[4] tempora[5] messis apparent florigera prata navalis fluminis magnifica. Erat namque virgo Aldegundis moribus honesta, eloquia[6] suavis, in pauperibus misericors, in lectione velox, in responsis citissima[7], mitis omnibus, inter nobiles

1) Lisez : *disciplina*.
2) Lisez : *ac*.
3) Lisez : *neptem*.
4) Lisez : *planicies*.
5) Lisez : *tempore*.
6) Lisez : *eloquio*.
7) Lisez : *cautissima*.

humilis, junioris[1] quasi aequalis, in parcitate cibi et potus ita dedita abstinentiae ut nulla sodalium sibi equiperaretur[2], inclyta sponsa Christi mente retinens quae legerat, dicente Domino : si vis esse perfectus, vende quae habes et da pauperibus et habebis thaesaurum in coelo et veni sequere me; quod prius fecerat in pluribus, post devota complevit in omnibus, ut nihil sibi retineret in terris quae desiderabat totum possidere in coelis, notitias de omnibus thaesauris suis fecit, aurum et argentum ac lapides pretiosos necnon ornamenta quae habebat regalia ecclesiarum decori tradidit; predia vero possessionesque infinitas ad opus inibi Christo militantium donatione publica tribuit, hoc est, inprimis villam ipsam in qua monasterium situm est cum omnibus ad se pertinentibus quod nuncupatur Melbodium situmque est in pago Hainoensi in honore sanctae Dei Genetrice[3] Mariae et sanctorum duodecim apostolorum, villas quasdam quarum subjecta sunt nomina ad usus et stipendia ancillarum Dei delegatas habere ut absque indigentia et penuria aliqua Christu[4] famulari et ordinis sancti canonicalis vitae competenter deservire debere[5], et villam quae vocatur Curtisalra cum omni ecclesia et cunctis ad eam aspicientibus et in alio loco villa[6] quae vocatur Cauliricia et in alio loco villa[7] quae appellatur ad Sanctum Gaugericum similiter cum ecclesia vel[8] omnibus ibidem pertinentibus, item villa[9] Grandis Rivus ac villam Suvriacum cum integritate et ecclesia et in alio loco in pago Laumensi villam Virallam, item in pago

[1]) Peut-être *minoribus*.
[2]) Lisez : *aequipararetur*.
[3]) Lisez : *Genitricis*.
[4]) Lisez : *Christo*.
[5]) Ne faut-il pas lire *ordini sanctae canonicalis vitae competenter deservire valeant?*
[6]) Lisez : *villam*.
[7]) Lisez : *villam*.
[8]) Lisez : *et*.
[9]) Lisez : *villam*.

Laudunensi villam Malitiacas cum ecclesia et mansis et vineis inibi aspicientibus, similiter im[1] pago Suessionensi sive Meldensi quidquid in villa Cririaco et Luscinciaco atque Stirpiliaco ad idem monasterium pertinere dinoscitur et in alio loco villam quae nuncupatur Villa Riculus similiter cum ecclesia vel[2] omnibus ibidem pertinentibus, in Ostrebranto Ercinium cum omni ecclesia et cunctis ad eam aspicientibus et in pago Samers villam quae vocatur Halut et in pago Bracbanto Bracnam, in pago Riboariensi villam quae appellatur Cirina et Brocum et multas alias villas, quae longum est enumerare, eodem die donatione publica tribuit Deo et ejusdem Genitrice[3] et sanctorum apostolorum cetera universa in usus pauperum delegavit, nihil sibi preter vile retinens indumentum atque victum cotidianum quo in commune vivebat. Sed Jesus Christus vere memor suorum fidelium promissorum : petite et dabitur vobis, quaerite et invenietis, pulsate et aperietur vobis, quae sua reliquaerat[4] pro Christo ipsum meruit habere propitium, in Melbodio ibique in agonia sancta virgo longa vixit per tempora, quae sepe sanctarum virginum agones legerat et pro martyrio passionem aliquam pronis mentibus cum lacrimis incessanter postulabat a (?) Domino (?) amabile munus quod peciit a Domino impetravit. Cancri morbum in dextera mamilla percepit gaudensque ob martyrum palmam dilexit, neptasque suas venerabiles Aldedrudem ac Madelbertam canonicae tradidit vitae. Cum Dominus ei finem ponere decrevisset, globus igneus visus est quasi veniens a coeli culmine et usque ad tectum virginis, in quo incontaminatum Domino reddidit spiritum, pervenit, et odor ineffabilis domum replevit ita ut omnes qui ad spectaculum sacratae virginis venerant mirarentur tantaeque prosperitatis exitum considerantes, sacratae[5] virginis ceperunt velut duae

[1]) Lisez : *in.*
[2]) Lisez : *et.*
[3]) Lisez : *Genitrici et sanctis apostolis.*
[4]) Lisez : *reliquerat.*
[5]) Ne faut-il pas *sacratae virginis anima et globus igneus ceperunt, velut duae aves nixis alis, junctis pedibus, ad astra festinare?*

aves nixis alis junctis pedibus ad astra festinare. Aldedrudis alma postea regimen monasterii optime obtinuit duodecim annorum spaciis peractis cum bonorum operum virtutibus feliciter migravit ad coelos. Venerabilis virgo Christi Madelberta ad regendam ecclesiam Dei in loco successit, mira virtute floruit vivens, animas sanctarum Virginum lucratas secum duxit ad gloriam. O quam felix quamque laudabilis anima virginis Christi Aldegundis cui fuere obviam angeli, duces apostoli, martyrum comites chori, confessores socii, sacerdotes testes magnifici, coetus virginum velut lilia candens animam suo creatori Filio Virginis obtulerunt. Sepulta est ergo amantissima Christi virgo sponsa Domini, habitaculum Spiritus sancti in villa suae quondam dicionis vocabulo Salra, ubi uterque suus parens ac soror Gualdedrudis tumulati esse dicuntur, in quo et multo jacuit tempore quoad, Christo donante, translatum est corpus ejus in municipium Melbodium, quod ipsa, ut in titulo cartulatu[1] comperimus, a fundamento construxerat, ubi vernat ejus memoria ac miraculis coruscat magnis, et prodigiis floret eximiis; estque ipse locus grege puellarum Christo consecratarum farcitus aliorumque Deo servientium numerositate repletus, ubi est frequens curatio infirmorum, illuminatio cecorum, saltatio claudorum, restauratio debilium membrorum et remissio fidelium depraecantium peccatorum per intercessionem beatissime, excellentissimeque virginis, quae et pro nobis, qui ista subplevimus, intercedere dignetur apud Dominum nostrum Jesum Christum, sponsum suum, cui est cum Patre et Spiritu sancto honor immortalis, majestas equalis, gloria eternalis, potestas incomparabilis, laus ineffabilis, nunc et in omnia et super omnia seculorum secula, amen.

[1]) Lisez : *cartularum*.

Charte de dotation.

Quid prudentiorem[1] consilium, quam quod ut homo terrenus de terrenis rebus aut de caduca substantia debeat sibi preparare premia sempiterna. Igitur mei (?) quidem in Dei nomine Aldegundis, admonet me divina misericordia et compunctia[2] cordis mei remedium, ut de iis rebus, quas mihi pius Dominus in hunc[3] seculum habere concessit, ad loca sanctorum condonare vel tradere deberem, quod ita et feci. Hoc est[4] dono ad quae tradidi ad illo sacrosancto monasterio, quae nominatur Melbodio, ubi beatus Odbertus episcopus adque beatus Amandus et sanctus Audoënus altare Domini in honore Dei Genitricis Mariae et sanctorum duodecim apostolorum dicaverunt ad opus sorores[5] ex ipsius monasterii, de jure proprietatis meae. in villa[6], in qua monasterium situm est, cum omnibus ad se pertinentibus ad usus et stipendia ancillarum Dei, et villam quae vocatur Curtisalra cum ecclesia et cunctis ad eam aspicientibus, et villa[7], quae vocatur Cauliricia, cum ecclesia, et in alio loco villam, quae apellatur ad Sanctum Gaugericum, similiter cum ecclesia vel omnibus ibidem pertinentibus, item villa[8] Grandis Rivus ad[9] villam Suvriacum cum integritate et ecclesia, et in pago Laumensi villam Virallam, item in pago Laudunensi villam Maliziacas cum ecclesia et mansis et vineis inibi aspicientibus, similiter in pago Suessionensi sive Meldensi, quidquid in villa Cririaco et Luscinciaco atque Stirpiliaco ad idem monasterium pertinere dinoscitur, et villam,

1) Lisez : *prudentius.*
2) Lisez : *compunctio.*
3) Lisez : *in hoc seculo.*
4) Ne faut-il pas *Hoc igitur quod dono atque tradidi ad illud sacrosanctum monasterium, quod nominatur Melbodium ?*
5) Lisez : *ad opus sororum ex ipsius monasterio.*
6) Lisez simplement : *villam.*
7) Lisez : *villam.*
8) Lisez : *villam.*
9) Lisez : *ac.*

quae nuncupatur Villa Riculus, similiter cum ecclesia vel omnibus ibidem pertinentibus, in Ostrebanto Ercinium[1] et cunctis ad eam aspicientibus, et in pago Bracbanto Bracnam cum ecclesia, in pago Riboariensi villam Cirina et Brocum similiter cum ecclesia vel omnibus ibidem pertinentibus, dono igitur et specialiter ad usus ancillarum ibi degentium, et donatum in perpetuo esse volo, in ea vero ratione, ut sorores in predicto monasterio degentes jam dictas villas cum omnibus ad illas pertinentibus ad suas[2] speciales usus habere debeant vel quidquid exinde facere voluerint, liberam in omnibus habeant potestatem faciendi, ut neque aliquis neque ex abbatissis et rectricibus ejusdem monasterii ulla aliquo in tempore quippiam inmutare et convellere atque a presenti ordinatione, quam pro amore Christi feci, alienare praesumat, sed ita omni tempore inviolatamque permaneat. Et si fuerit aliquis qui contra hanc traditionem venire aut eam ausu temerario violare temptaverit, si se exinde non correxerit, inprimis iram Dei incurrat offensa[3], et ante tribunal Christi excommunicatus appareat, et sic marcescat in flore, ut nunquam germinet fructum, et insuper multum[4] per districtum judicis conponat, hoc est, auri libras c, argenti pondera icc coactus exsolvat, et quod repetit, evendicare non valeat, sed presens donatio omni tempore firma et stabilis permaneat. ActumMelbodio monasterio, ante altare sancta Maria et sanctorum duodecim apostolorum; data in anno xx regni Dagoberti, inclyti regis, sub praesentia virorum vel ancillarum Dei quorum nomina vel signacula subter tenentur inserta.

Ego Aldegundis hanc donationem feci et firmare rogavi.

Signum Otbertus episcopus. Signum Amandus episcopus. Signum Audoinus. Signum Ursmarus episcopus. Signum Vincentius abbas. Signum Hunbertus abbas. Signum Eloquius

[1]) Ne faudrait-il pas suppléer *cum ecclesia?*

[2]) Lisez : *suos.*

[3]) Lisez : *offensi.*

[4]) Lisez : *mulctam.*

abbas. Signum Erminus vir sanctus. Signum Ettoni abbas. Signum Gualdedrudis abbatissa. Signum Gerdrudis abbatissa. Signum Aldedrudis abbatissa. Signum Matelberta abbatissa. Signum Gernida amita beatae Aldegondis que eam de sacro fonte suscepit. Signum Guntlandus. Signum Landricus. Signum Charibertus comes[1].

Revenus des terres de Solre-Saint-Géry et de Courtsolre.

Habet in villa Salra Sancti Gaugerici mansum dom(inicatum) circumseptum cum ortum[2] et arboreta cum castitiis casa i, scuria, coquina i; aspiciunt ad ipsum mansum culturas[3] iii continentes de terra buonaria c, silva, si fertilitas evenerit, ubi possunt saginari porci ccc, prato[4], ubi potest colligi feni carra x; sunt ibi canbas ii, qui solvent[5] de annona mixta modios ccxl; sunt ibi molini ii censiti modios xxvi, et tertius molinus sine censu; solvit unusquisque in anno in eulogias denarios viiii et pullos vi; est ibi ecoclesia publica in honore Dei Genetricis Mariae et sancti Gaugerici, confessoris Christi, cum dotis titulum et mancipia vi[6], aspiciunt ad suprascriptum mansum mansi ingenuili vestiti xiiii; reddunt insimul omni anno spelta modios ccclxi, avena modios xiiii, pro curte solidum i, pro vineis solidum i, in tertio anno unusquisque porcum i valentem denarios xii, omni anno lini pensa i, ligna petura i, pullos ii, ova v. Est ibi mansus parefredarius i; sunt ibi mansi servili v, solvunt unusquisque humilonem modios iii, pullos iii, ova ii; sunt ibi haistoldi iii qui solvunt solidos iii; sunt alii duo qui solvunt denarios viii, et duo qui solvunt ferro-

1) Les noms de ces témoins se trouvent rangés sur quatre colonnes dans le manuscrit.
2) Lisez : *horto.*
3) Lisez : *culturae.*
4) Lisez : *pratum.*
5) Lisez : *cambas ii quae solvunt.*
6) Lisez : *cum dotis titulo mancipiis.*

fusuras iiii; sunt haistolde x, solvit unaquaque denarios ii, de sylva exiit mel sestaria iiii, pullos v, ova c; exiit simul de ipsa villa de censis in totum solidos xxviii et denarios iiii in totum spelta et avena modios dc et modium i in tertio anno, porcos xiiii, pullos xxxiii, ova ccxxx, arietes xxviii; sunt de ipsa villa mansi apsi xxi. Isti sunt juratores : Eilhardus major, Amulricus, Herierus, Rainherus, Haidulphus, Engelmans. Habet in villa Curtisalra mansum dominicatum cum castitiis, ortum et arboreta curte circumsepta casa i, spicarium i; aspiciunt ad ipsum mansum culturas[1] iii continentes de terra buonaria cxxxiii, prato[2] ubi potest colligi feni carra xxx, sylva, si fertilitas evenerit, ubi possunt saginari porci ccc; aspiciunt et[3] supradictum mansum mansi ingenuili vestiti xlvii, solvunt singuli omni anno spelta modios xxviiii, pro curte solidum i, assidas l, lini libra i, ligna pectura i, pullos ii, ova v, in tertio anno porcum i aut denarios xx, pro oste solidum i, pro vineis solidum i; sunt mansi servili[4] v : solvunt singuli humilonem modios iiii, ligna petura i, pullos vi, ova x, sunt ibi haistoldi xx : solvunt solidos xx; haistalde x : solvant singule denarios iii; sunt ibi molini iiii, qui reddunt farina modios lxxii, cervisa modios xx et porcos saginatos ii, et pastas xvii, ova ccc; canbas ii censitas, reddunt annona modios ccxxxiiii, de supradicta sylva mel sistaria iii, pullos v, auca i, ova c, sunt di (?) ipsos mansos xviii qui solvunt fenum carra xviii, sunt simul mansi vestiti xlv: reddunt simul in totum annona modios dc, in argento libras iiii et solidos v, in tertio anno solidos xlv aut porcos xlv, omni anno pullos c, ova ccl, lini libras xlv.

[1]) Lisez : *culturae*.
[2]) Lisez : *pratum*.
[3]) Lisez : *ad*.
[4]) Lisez : *serviles*.

Cette pièce, comme on le voit, renferme des détails intéressants sur le mode de culture et la condition des personnes, au dixième siècle. L'abbaye de Maubeuge possédait de grands biens à Solre-Saint-Géry. Le *mansus dominicatus* était la grande ferme exploitée exclusivement au profit de l'abbaye et très-probablement par ses frères convers. L'enclos de la ferme renfermait le jardin, le verger (arboreta) plusieurs bâtiments (castitias) parmi lesquels un corps de logis (casa) une grange-écurie (*scuria*) et une cuisine *(coquina)*. La ferme comprenait cent bonniers divisés en trois cultures distinctes. Deux brasseries (*cambae*), probablement banales, rapportent par année 240 muids de blé méteil *(annona mixta)*. Deux moulins (*molini*) sont loués pour une rente annuelle de 26 muids, un troisième moulin n'est chargé d'aucune rente; en outre le tenant de chaque moulin donne chaque année le cadeau obligatoire *(eulogias)* de 9 deniers et de six chapons. Comme dépendances de la grande ferme, il y avait encore 14 fermes complètement montées *(mansi vestiti)* et engagées à des hommes de condition libre *(mansi ingenuiles)*. Le fermage de ces fermes se payait en nature et en argent, entre autres par une quantité de lin *(lini pensa i, een steen vlas)*, une charettée de bois *(ligna petura una)*. Il y avait aussi une ferme dont le tenant était obligé de faire les charrois et de fournir les chevaux nécessaires à l'abbaye *(mansus parafredarius)*. Cinq autres fermes étaient exploitéespar des serfs *(mansi serviles v)* pour chacune desquelles ils payaient entre autres, 3 muids de houblon *(humilonem)*. Il y avait, en outre, à Solre-Saint-Géry, des personnes qui dépendaient entièrement de l'abbaye, elles ne ressortissaient qu'à la justice de l'abbesse, lui devaient une capitation annuelle et ne pouvaient se marier qu'avec son consentement et moyennant un droit à payer; à leur mort leurs héritiers payaient encore un droit à l'abbesse; ces personnes s'appelaient *haistoldi, servi, mancipia, oblati, ministeriales censuales;* mais, d'un autre côté, ces personnes

étaient sous la protection spéciale de l'abbesse et exemptes, sauf quelques cas, de la justice séculière. Il y avait en outre, au nombre de 21, soit des fermes non montées, soit des terres incultes *(mansi absi* ou *apsi)*.

J. Daris, professeur de droit canonique et d'histoire ecclésiastique au grand séminaire de Liége.

Fragment inédit du testament de sainte Aldegonde, et confirmation du testament par le roi Dagobert ou Childéric.

On a fait observer à la page 36 que Foppens dans le supplément aux *Opera diplomatica* de Miraeus, et Ghesquière dans les *Acta sanctorum Belgii*, ont reproduit la charte de dotation ou testament de sainte Aldegonde. Cependant ce document offre, dans les collections citées, une lacune très-importante. L'énumération des biens légués par la sainte à l'abbaye de Maubeuge fait défaut dans l'un et dans l'autre texte[1]. Elle se trouve, il est vrai, en partie, dans le *vidimus* publié par Foppens à la suite du testament; mais là aussi, il y a des omissions.

M. Estienne a bien voulu communiquer à Mgr. de Ram, une copie des passages qui manquent dans les *Opera diplomatica* et dans les *Acta sanctorum Belgii*. Ce sont ces passages que nous reproduisons. Remarquons cependant, comme il a été dit ci-dessus p. 36, et comme l'observe Mgr. de Ram, que „ le testament de sainte Aldegonde tel que Foppens l'a publié, paraît être un acte, sinon tout à fait apocryphe, du moins interpolé dans une bonne partie de son contenu[2]. „

A la suite du testament nous donnons aussi, d'après la copie de Mgr. de Ram, la confirmation de cet acte, attribuée au roi Childéric ou Dagobert.

[1]) *Multa hic desunt in copia*, dit Foppens, *per quae designabantur villae ceteraque bona huic ecclesiae donata.*

[2]) *Hagiographie nationale*, I, p. 401.

Fragment inédit du testament de sainte Aldegonde[1].

Villam, que vocatur Curtisolra, cum ecclesia et apenditiis ejus; et aliam villam, que dicitur Colleretium, cum ecclesia et apendentiis ejus; et aliam villam, que vocatur Solra sancti Gaugerici, similiter cum ecclesia vel cum omnibus ibidem pertinentibus; item villam, que dicitur Grandis Rivus, ac villam, que nuncupatur Froaldicapella, cum ecclesia et omnibus ad se pertinentibus; et in alio loco in pago Laumensi villam Virellam cum ecclesia; item in pago Theoracensi villam Blicti; item in pago Landinensi villam Muliserius cum ecclesia et mansis et vineis inibi aspicientibus; et in eodem pago aliam villam Vacelleias cum ecclesia et vineis et mansis ibidem pertinentibus; similiter in pago Suessoniensi sive Meldensi quidquid in villa Curiaco et Lustinciaco et Stirpiliaco possidebam, ad idem monasterium delegavi; et in alio loco, qui appellatur Villariculus, similiter cum ecclesia et omnibus ad se pertinentibus; item in pago Santers villam que vocatur Hallut, cum ecclesia; in Ostrevànto villam Ercinium cum ecclesia et apenditiis; item aliam villam que dicitur Gasnei, cum ecclesia et apenditiis; item in pago Cameracensi villam Beldigeis cum ecclesia et apenditiis; item in pago Bavacensi villam que vocatur Hosdeng, cum ecclesia et apenditiis, et mediam partem de villa, que vocatur Baviseis, cum ecclesia, et aliam villam que vocatur Wandigeis, cum ecclesia et apenditiis, et aliam villam Bertriceias; item in pago Haynoensi villam Bersiseias et aiam villam Hermegiacum; item in Bracbanto villam Miniacum cum ecclesia, et aliam villam Brecam, et aliam villam Fellin, et aliam villam Anderluvias; item in pago Riboarensi villas que appellantur Corma et Brocum; item supra ripam Sambre villam Ircennam; et alias multas villas, quas enumerare longum est.

[1]) Ce fragment doit être intercalé dans le texte publié par Miraeus, *Opera diplomatica*, III, p. 557, après les mots *competenter deservirent*.

Quia vero femineus sexus non poterat per se explere divina sacramenta, predicto imperatore [Hildrico] confirmante, et consilio predictorum episcoporum et aliarum religiosarum personarum institui duodecim fratres in ecclesia sancti Quintini martiris, a supradictis episcopis consecrata, que in villa Melbodio erat sita, tali conditione ut illi jam dicti fratres supranominate ecclesie sancte Dei Genitricis Marie cum reverentia et honore deservirent, sic ut ipsi omnes predicti in solemnibus diebus Nativitatis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Dedicationis ipsius ecclesie et solemnitatum sancte Genitricis Marie intersint in celebratione vesperarum et missarum et in omnibus processionibus dominicorum dierum et aliarum festivitatum in quibus processiones debent fieri.

Singulis autem diebus presbyter cum dyacono et subdyacono adsit officio misse sine ulla refragatione nec retardatione, et ebdomadarius presbyter in dominica nocte, vespertinali officio, et in omnibus solemnibus festivitatibus vespertinali et matutinali intersit officio cum religione. Expletis vero divinis officiis, presbyter cum ministris egrediatur, et chorus ancillarum Dei ab introeuntibus et exeuntibus semper religiose conservetur. Ut autem illi jam fratres absque indigentia et penuria aliqua Christo famulari et ordinis sanctorum canonicorum vite competenter deservirent, eis stipendia ad usus eorum donatione publica tribui eodem die, quo predicti venerabiles episcopi Autbertus, Amandus, Audoënus, Ursmarus dedicaverunt ecclesiam in honore beati Quintini, martiris, decimam partem que exit de potestate Melbodii de laborato, de pratis, de silvis, de moneta, de ponte etc., mansos servorum quinque et sedilia triginta, pratos duos, et silvam unam, que dicitur Framnabus, molinos duos super flumen Melbodii, cambas tres : unam super ripam Sambre, duas supra flumen Melbodii, et quasdam villas Ichiacum et Havacum cum ecclesia et apendentiis et mancipiis, et aliam villam Valdrechias cum

ecclesia et apendentiis, mancipiis. Hec et multa alia illis predictis canonicis a me per supradictos episcopos attributa sunt.

Confirmation du testament par le roi Dagobert ou Childéric.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi, Dei eterni, Hildricus, qui etiam Dagobertus, divina ordinante Providentia rex. Si ea, que pro utilitate fidelium nostrorum nostri suggerunt obtimates, implere debemus, multo magis utique quod pro amore Dei Aldegundis suggerit, cui specialem amorem propter Deum et omnes sanctos et singularem pre omnibus dilectionis affectionem debemus, optato effectui nos convenit mancipare. Proinde omnium fidelium sancte Dei ecclesie et nostrorum futurorumque noverit universitas que Aldegundis, amantissima Christo, clementie nostre suggessit eo quod ipsa in villa, quod nuncupant Malbodium, situmque est in pago Haynoensi, in honore sancti Quintini, martiris, villas quasdam, quarum subjecta sunt nomina, ad usus et stipendia servorum Dei delegatas haberet, ut absque indigentia et penuria aliqua Christo famulari et ordinis sanctorum canonicorum vite competenter deservire deberent; hoc est in primis in villa ipsa, in qua ecclesia dedicata est in honore sancti Quintini, martyris Christi, mansos servorum quinque et sedilia triginta, pratos duos et silvam unam que dicitur *Framnabuscet*, molinos duos super fluvio Melbodioli, cambas tres : unam super ripam Sambre, duas super fluvium Melbodioli.

Eodem die quando sanctus Autbertus, episcopus, et sanctus Amandus, episcopus, et Audoënus, vir justus, ecclesiam Dei dedicaverunt in honore beati Quintini, decimam partem que exit de potestate Melbodii, de laborato, de pratis et de silvis, de merchato et de moneta, de ponte et de materia, et capellas quatuor : unam in villa Doelseias, alteram in villa Meanri, tertiam in Roelseias, quartam in Loureilla, ad usus

fratrum ibidem militantium, et mansos xliij in his predictis locis donatione predicta tribuit. Hec sunt in villa Ichiaca : mansi xliiij, tum ecclesia, tum dotis titulum et mancipia xij; in villa Rivio, que dicitur Lantmereias, mansi xvj; in villa Wideleias, mansi xv; in Malbodio, sicut supra diximus, mansi servorum v cum omni integritate, et mancipia; in villa Waldeseias mansi x, tum ecclesia, tum dotis titulum et mancipia viij. Aspicit decima de Hereneias et de Monte Milsiamno ad altare beati Quintini et Aldegundis, virginis, et ad idem monasterium pertinere dinoscitur.

Cui petitioni libenter assensum tribuentes hos apices auctoritate nostra fieri jussimus, per quos omnino decernimus et in perpetuum sancimus, ut supradicte ville cum omni redditu suo et cuncta integritate in usus servorum Dei in prefato monasterio Christo famulantium cedere debeant. Sed et hoc omnino prescribimus, et per hanc auctoritatem nostram inviolabiliter nostris futurisque temporibus mansurum esse decernimus, ut neque successorum nostrorum aliquis, neque ex abbatissis et rectricibus ejusdem monasterii ulla aliquo in tempore quippiam horum permutare et convellere, atque a presenti ordinatione, quam pro amore Christi ad deprecationem supradicte virginis Christi fecisse dinoscimur, alienare presumat. Si quis vero contra hanc auctoritatem, quam ego in dedicata basilica sancti martyris Christi per deprecationem virginis feci, venire aut eam infringere voluit, in primis iram Dei Omnipotentis incurrat offensi, et a liminibus sanctorum excommunicatus appareat, sed ita ut quod a nobis presentialiter est constitutum, omni tempore fixum inviolatumque permaneat. Hanc vero auctoritatem nostre preceptionis sive confirmationis, ut ab unius sancte Dei ecclesie fidelibus universis credatur et diligentius observetur, manu propria subter eam firmavimus, et annuli nostri impressione adsignari jussimus.

S. ANSCHAIRE ET S. REMBERT, ARCHEVÊQUES DE HAMBOURG ET DE BRÊME, APÔTRES DU CHRISTIANISME DANS LE NORD DE L'ALLEMAGNE AU NEUVIÈME SIÈCLE; PAR M[gr] DE RAM.

---

§. I.

Saint Anschaire.

SOURCES.

Sa vie écrite par saint Rembert, son disciple et son successeur, le compagnon de ses voyages et le témoin de ses actions, est estimée pour l'exactitude, la sincérité et la capacité de l'auteur. On la trouve dans les Bollandistes, *tom. I februarii, p.* 391, avec une dissertation préliminaire et des notes par Henschenius; dans Mabillon, *Acta SS. ord. S. Benedicti, tom. IV p.* 401; dans Pertz, *Monumenta Germaniæ hist. script. tom. II p.* 683, avec des notes et des variantes tirées de plusieurs manuscrits par le professeur C. F. Dahlmann; et dans la Patrologie latine de Migne, *tom. CXVIII p.* 961. Gualdo, moine de Corbie, vers le onzième siècle, a mis en vers la vie écrite par saint Rembert, sans y presque rien ajouter qu'une préface (voyez les Bollandistes, *tom. I febr. p.* 427).

Parmi les nombreux écrivains qui ont parlé de saint Anschaire, on remarque Adam de Brême, dans son histoire des évêques de Hambourg et de Brême, publiée en dernier lieu par Lappenberg, Hanovre 1846, in-8°, et par Pertz, *op. cit. scrip. tom. VII p.* 280; Albert de Stade, dans sa chronique publiée par Reineccius, Helmstadt 1587, et par Pertz, *op. cit. script. tom. XVI p.* 283; Philippe Cæsarius, *Triapostolatus Septentrionis, de vita et gestis SS. Willehadi, Anscharii et Remberti,* Cologne 1642; Jean Vastovius, *Vitis aquilonia, sive vitæ Sanctorum regni Suevo-Gothici,* Upsal 1708, p. 2; Langebek, *Chronologia vitæ Anschariane,* dans ses *Scriptores rerum Danicarum, tom. I p.* 496; dans le même vol. p. 621, *Legendæ veterum septem de sancto Anschario;* Munter, *Geschichte der Einführung des Christenthums in Dänemark und Norwegen,* Leipzig 1823, in-8°, p. 266 et le même écrivain dans ses *Vermischte Beyträge zur Kirchengeschichte,* Coppenhague 1798, p. 254; Fabricius, *Bibl. mediæ et infimæ latinitatis, lib. VII p.* 317, Jean Letzner, *Corbeyische Chronick;* Christian François Paullini, *Theatrum virorum illustrium Cor-*

beiæ saxonicæ, Iéna 1686, in-4°; Mollerus, *Cimbria literata, tom. III p.* 8; Rivet, *Hist. litt. de la France, tom. V p.* 277: Baillet et Butler, sous le 3 février; Ræss et Weis, *Leben der Väter und Märtyrer*, Mayence 1823, tom. II p. 339; et Geyer, *Histoire de Suède, trad. par Lundblad*, chap. III.

Plusieurs monographies ont été consacrées, dans ces derniers temps, à la mémoire de saint Anschaire. En 1783, Buchenröder publia à Hambourg : *Leben und Thaten des grossen Anscharius, ersten Erzbischofs zu Hamburg und Bremen, und nordischen Apostels, nebst dessen akurater Abbildung*. Giseke publia dans la même ville, en 1791, une vie égalemen en allemand. Une notice par Lappenberg se trouve dans le *Zeitschrift für Geschichts-Wissenschaft*, tom. V p. 535, de Schmidt. L'ouvrage *St. Ansgar*, publié à Altona, 1823, in-8°, par Ernest Christian Kruse, pasteur de Neuenbrock dans le Holstein, est fort remarquable pour l'exposé des faits; mais l'auteur, comme plusieurs autres de ses compatriotes protestants, montre souvent une grande partialité pour ne pas dire une grande animosité envers le Saint-Siége et le catholicisme. La vie la plus récente est celle de Klippel, *Lebensbeschreibung des Erzbischofs Ansgar*, Brême 1843, in-8°.

Molanus, *Nat. SS. Belgii, p.* 23 *vers.*, et les anciens Calendriers de nos églises mentionnent saint Anschaire sous le 3 février, comme ayant toujours été honoré d'un culte public dans différentes localités de la Belgique. Ghesquière se proposait d'insérer ses actes dans la continuation des *Acta SS. Belgii selecta*, et dans une note inédite il en donne les motifs. « Quod præclarum hunc Aquilonarium gentium apostolum Belgii sanctis accenseamus, dit-il, ejusque acta recudamus, hæc nos in primis moverunt : quod natione Franco-Belga; quod apud Corbeiam veterem, quæ aliquando Flandriæ principibus paruit, literis institutus fuerit; quod Thoraltum in Flandria monasterium possederit, Belgiumque subinde lustraverit; ac denique quod Meyerus in *Annalibus Flandriæ*, Sanderus in *Flandria illustrata*, Malbrancus *de Morinis*, aliique nostræ gentis scriptores gravissimi honorificentissimam illius memoriam celebraverint. Accedit quod in Henschenii commentario sat multa, quæ Belgii historiam illustrant, reperiantur, quæ alibi frustra quæsiveris. » Ces motifs et d'autres encore militent pour que saint Anschaire ait sa place dans notre Hagiographie nationale.

L'AN 865.

Au milieu d'une pléiade d'hommes illustres du neuvième siècle, saint Anschaire, l'apôtre des peuples du Nord, s'élève avec éclat, tant par la hauteur de son génie que par l'étendue de ses connaissances et par une grandeur d'âme

embellie de toutes les vertus chrétiennes et apostoliques (1).

Issu d'une noble famille établie dans le nord de la France, il naquit le 8 septembre 801, à Corbie en Picardie ou dans les environs (2). Il eut le bonheur d'être élevé par une femme digne de prendre place parmi les mères des saints et dont la sollicitude et la piété déposèrent dans l'âme de son fils les germes de la crainte et de l'amour de Dieu; mais elle lui fut ravie lorsqu'il avait à peine cinq ans. Son père, que ses fonctions et ses rapports avec la cour impériale ne laissaient pas libre de continuer l'œuvre commencée, conduisit l'enfant au monastère de Corbie dont saint Adélard était alors abbé (3). Cet homme illustre s'intéressa au jeune Anschaire avec une sollicitude toute paternelle. Il lui donna pour maître le célèbre Paschase Radbert.

(1) Son vrai nom paraît avoir été *Ansgar* (Ansgarius), comme on le trouve écrit dans le diplôme de Louis le Débonnaire, de 834, relatif à son sacre, et comme il l'écrit lui-même dans la seule lettre qui reste de lui. Voyez ci-dessous la liste de ses ouvrages.

(2) Ses parents étaient peut-être originaires du nord de l'Allemagne, et pourraient bien avoir appartenu à une de ces familles Suèves ou Saxonnes qui étaient déjà établies dans nos provinces du temps de saint Éloi (voyez notre *Hagiographie nationale*, tom. I, p. 69 et 70), et qui s'y multiplièrent sous Charlemagne, après la grande guerre contre les Saxons (772), époque vers laquelle des colonies entières de vaincus furent transportées dans nos contrées. C'est ainsi qu'Anschaire, quoique né en Picardie, nous paraît avoir une origine Suéve ou Saxonne. Ceux qui le font naître en Saxe et en font un élève de la Nouvelle Corbie se trompent évidemment; car saint Rembert représente Anschaire comme étant déjà moine à Corbie en Picardie avant la mort de Charlemagne (814), et la Nouvelle Corbie ne fut fondée ou au moins son établissement ne fut achevé par saint Adélard qu'en 823. Voyez l'*Hagiographie* citée, tom. I, p. 23.

Hamconius, dans sa *Frisia seu de viris rebusque Frisiæ illustribus*, Amsterdam 1623, p. 66, et d'autres écrivains, le font naître en Frise. *Anscharius Lavicam Wardenae natus ad amnem*, dit l'auteur cité; mais cette opinion est dénuée de fondement. Remarquons cependant que le culte de saint Anschaire, nommé vulgairement *Anske* par les Frisons, était autrefois très-populaire dans ce pays.

(3) Voyez l'*Hagiographie nationale*, tom. I, p. 18.

Anschaire renonça de bonne heure aux jeux de l'enfance, et on lui vit prendre presque soudainement ce caractère sévère que d'ordinaire on ne rencontre que dans un âge plus avancé. Il voua toutes ses forces à l'étude des sciences et aux exercices de la piété. Voici la cause d'un changement si subit, telle que la rapporte saint Rembert, son biographe.

" Pendant une nuit, " dit-il, " il lui parut qu'il se trou-
" vait dans un chemin marécageux et glissant, et qu'il avait
" la plus grande peine à avancer. A côté de ce chemin,
" passant par des bas-fonds, il en vit un autre très-agréable
" et commode, où marchait une société de femmes vêtues
" de robes blanches. Elles avaient à leur tête une femme
" d'une haute taille et d'un air majestueux; elle se distin-
" guait de toutes les autres par la beauté de ses vêtements
" et la noblesse de son maintien, et semblait leur com-
" mander à toutes. Anschaire aperçut aussi sa mère parmi
" elles. Lorsqu'il la reconnut, il voulut courir à elle, mais
" ne put parvenir à se dégager du marais. Alors il lui
" sembla que celle qui commandait aux autres, et dans laquelle
" il reconnut la très-sainte Vierge Marie, lui parlait en ces
" termes : *Mon fils, veux-tu aller auprès de ta mère?* Et
" Anschaire ayant témoigné le plus vif désir d'y aller, elle
" repartit : *Si tu veux être des nôtres, et prendre part à*
" *notre communauté, il faut fuir toute vanité et laisser là*
" *tout enfantillage, car nous avons en horreur tout ce qui*
" *est vain et méchant, et nous repoussons ceux qui prennent*
" *plaisir à ces choses.* " Ceci fit une si forte impression sur l'âme sensible du jeune enfant, qu'il renonça pendant certain temps à tous les amusements de son âge. Mais bientôt il oublia ses premières résolutions. Deux événements, qui se passèrent dans la treizième année de son âge, les lui rappelèrent : d'abord la mort de l'empereur Charlemagne que naguère il avait vu dans toute sa gloire, et ensuite une nouvelle vision qui le ravit en extase et le fit participer

en quelque sorte à la splendeur et à la joie du Ciel. Dès ce moment le caractère d'Anschaire prit une teinte encore plus sérieuse, et il sentit les attraits de la piété avec plus de puissance que jamais. Tout ce qui tenait de la frivolité de l'enfance disparut entièrement, et dès lors son désir le plus ardent était de gagner la couronne du martyre (1). Tous ses efforts avaient pour objet de se rendre propre à la conversion des païens, afin de pouvoir un jour en faire entrer un grand nombre dans le sein de l'Eglise de Jésus-Christ et annoncer l'Evangile en joignant la force du talent au zèle du cœur et même au mépris de la vie.

La maturité de son caractère, la ferveur de sa piété, son infatigable application à l'étude et ses progrès dans les sciences ne purent échapper à l'œil vigilant de ses supérieurs. A l'âge de quinze ans, il fut revêtu de l'habit de saint Benoît, et à vingt il fut chargé de la surveillance de l'école du monastère. Il avait pour collègue son ami le moine Withmar, qui plus tard l'accompagna en Suède, et qui lui survécut.

A l'époque de la fondation de la Nouvelle Corbie en Saxe, Adélard, de concert avec son frère Wala, qui le remplaçait alors à l'ancien monastère de Corbie, y envoya Anschaire pour prendre la direction de l'école du nouvel établissement. Il y fut ordonné prêtre. Warin, prieur de la communauté saxonne, le nomma en même temps prédi-

(1) Saint Rembert après avoir rapporté en détail toute la vision (*cap. I. num.* 2), ajoute : « Ex hac itaque visione quam, sicut ipse dictaverat, verbis illius enarravimus, praefatus servus Dei et perterritus et consolatus cœpit se sollicitius in divino exercere timore, bonisque operibus de die in diem ardentius inhaerere, spemque de Dei misericordia praesumere quod quadam ipse disponeret occasione, ut ad palmam martyrii posset pertingere.»

Cette vision nous a donc été décrite par Rembert sous la dictée d'Anschaire même. Cependant Kruse n'a pas hésité à accuser, avec une brutale inconvenance, ces deux saints personnages de mensonge et d'imposture.

cateur du peuple, emploi auquel la fervente piété de son cœur et l'étendue de ses connaissances le rendaient également propre (1). Il l'exerçait depuis trois ans, lorsque la divine Providence donna à ses travaux une sphère plus étendue.

Harald ou Hériold, roi d'une partie du Danemark ou du Jutland, expulsé de ses états, se réfugia à la cour de Louis le Débonnaire, et sollicita son assistance pour reconquérir son royaume. L'empereur conseilla à ce prince païen de se faire chrétien. Son avis fut écouté. Harald se fit instruire dans les dogmes du christianisme et reçut le Baptême; l'empereur fut son parrain (2). Il céda alors à Harald une partie considérable de la Frise, afin que ce roi, dût-il ne plus récupérer son trône, occupât du moins un rang digne de lui. On chercha un homme qui voulût accompagner Harald dans ses états, et qui serait chargé non-seulement de continuer l'instruction du roi, de sa femme et de ses enfants,

(1) Voici ce que dit saint Rembert, *cap. II*, *num.* 9 : « Ad hunc ergo locum (*le monastère de la Nouvelle Corbie*).... primo directus est (*en* 823), ut inibi officio fungeretur docendi, in qua re ipse per omnia tam probabilis et acceptus inventus est, ut omnium electione publice quoque in ecclesia verbum Dei populis praedicaret. Sicque factum est, ut ejusdem loci ipse primus et magister scholae et doctor fieret populi. » Ce passage n'indique-t-il pas qu'Anschaire, dans ses prédications aux populations des environs de la Nouvelle Corbie, a dû se servir non pas de l'idiome des Francs de la Picardie mais de la langue propre aux Saxons, langue que son origine Suève ou Saxonne (dont il est question ci-dessus p. 55 not. 2) lui avait peut-être rendue familière dès sa première enfance? Les Suèves et les Saxons ne comprenaient guère l'idiome des Francs ou des Gaulois. Lorsque saint Eloi évangélisait les Suèves, établis en Flandre, il fut obligé d'avoir recours à un interprète, son disciple, saint Tillo ou Théau, *Vernaculus ejus ex genere saxonico*, dit saint Ouen dans la vie de saint Eloi. Ce Tillo, *quia natione Suevus erat*, leur expliquait dans leur langue maternelle les instructions pastorales de son maître. Voyez notre *Hagiographie nationale*, tom. I, p. 70.

(2) Voyez sur le baptême du roi Harald *Ermoldi Nigelli carmen elegiacum de rebus gestis Ludovici Pii*, dans Langebek, *Scriptores rerum Danicarum*, tom. I, p. 399.

et de les affermir dans la foi catholique, mais aussi d'annoncer les vérités de l'Evangile à un peuple encore plongé dans le paganisme (1). Cette mission parut si difficile que personne ne voulut l'entreprendre, quoique la proposition en eût été faite à plusieurs.

Wala, se trouvant un jour à Ingelheim, près de Mayence, à la cour de l'empereur, parla d'Anschaire comme d'un homme qui réunissait toutes les qualités que cette mission demandait, et sur-le-champ on le fit venir. L'abbé de Corbie lui fit part de tout ce que l'empereur avait résolu à l'égard de la mission du Nord, et lui demanda s'il se croyait capable de l'exécuter. Anschaire croyant voir en ceci, comme dans tous les événements de ce genre, la volonté de Dieu, se chargea de la mission, malgré les efforts que ses amis et des religieux firent pour l'engager à ne pas l'entreprendre.

Pendant le peu de temps qu'il passa à la cour impériale, il évita, autant que possible, toute société. Il se tenait habituellement dans une vigne située à l'écart, afin de pouvoir se livrer sans gêne et loin du bruit du monde à la prière et à la méditation et consulter Dieu sur les moyens d'exécuter ce qu'on demandait de lui. Il y avait alors à la cour un moine nommé Autbert, celui-là même qui remplissait les fonctions d'économe au couvent de Corbie. Touché du bel exemple que lui donnait Anschaire, il lui proposa de l'accompagner en Danemark, si son abbé y donnait son consentement. Wala le lui accorda avec joie, et en 826 Anschaire et Autbert descendirent le Rhin avec le roi Harald.

Innocentius, servus servorum Dei, dilectis filiis priori et fratribus de Fraxina salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis, et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus gratum impertientes assensum, ecclesiam de Fraxina vobis et ecclesie vestre, a venerabili fratre nostro, episcopo Leodiensi, concessam, sicut eam juste ac pacifice possidetis ac in ipsius episcopi autentico continetur, vobis et per vos ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem

Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Laterani, iii nonas augusti, pontificatus nostri anno tertio decimo.

Cartulaire d'Afflighem, I, p. 857, aux Archives du Royaume.

PERMISSION ACCORDÉE AUX CHANOINES RÉGULIERS DE SAINT-JACQUES-SUR-CAUDENBERG, DE DESSERVIR PERSONNELLEMENT LES ÉGLISES PAROISSIALES DE DUYSBOURG ET DE BEVINGE.

23 juillet 1262.

Nicolaus, Dei gratia Cameracensis episcopus, universis presentes litteras visuris, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod nos, considerata inopia et paupertate ecclesie beati Jacobi Frigidi Montis in Bruxella, paterna sollicitate eidem providere volentes, gratiam facientes specialem concedimus, ut quam cito parochiales ecclesie de Duysborch et de Bevinghen, nostre dyocesis, vacare contigerint, in quibus ipsa ecclesia jus obtinet patronatus, quamquam ecclesia per seculares sacerdotes solebat deservire, per canonicos ipsius ecclesie ad hoc ydoneos nobis presentatos et a nobis receptos deservire valeat in futurum. Hanc autem gratiam, quantum in nobis est, approbamus et pontificali auctoritate confirmamus. In cujus rei testimonium presentibus litteris signum nostrum duximus apponendum. Datum anno Domini m. cc^{o} lxii^{o}, dominica post festum Marie Magdalene.

Cartulaire n° 80, fol. 88 r°, aux Archives du Royaume.

PERMISSION ACCORDÉE AUX MÊMES RELIGIEUX DE TRANSFÉRER L'ÉGLISE PAROISSIALE DE BEVINGE AU HAMEAU DE NEYGHEM.

12 juin 1265.

NICOLAUS, Dei gratia Cameracensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Libenter commoditatibus subditorum et animarum periculo providentes et dilectorum in Christo filiorum prepositi sancti Jacobi Frigidi Montis in Bruxella et populi de Allodio supplicationibus inclinati, quod parochialis ecclesia de Bevinghem, ad quam villa de Allodio pertinere dinoscitur, eo, quod ecclesia ipsa a villa predicta locorum pre nimia inabilitate sit distans a loco, in quo consistit ad presens, ad villam eandem de Allodio transferri valeat et transportari, tenore presentium liberaliter indulgemus. Datum anno Domini m. cc. lxv, in crastino beati Barnabe apostoli.

Cartulaire nº 80, fol. 95 vº, aux Archives du Royaume.

SÉPARATION DES ÉGLISES DE LIMONT ET DE BOVENISTIER.

Avant comme après l'êrection des nouveaux évêchés au seizième siècle, Limont et Bovenistier ressortissaient au décanat de Hozémont, dans le diocèse de Liége. Depuis 1803, ils ont fait partie de celui de Waremme du même diocèse.

I. *Requête de l'archidiacre de Liége.*

29 novembre 1303.

Reverendo patri ac domino, domino Theobaldo, Dei gratia Leodiensi episcopo, EMICO DE SPANEHEM, eadem gratia Leodiensis archidiaconus, decanus et capitulum ecclesie sancti Bartholomei in Leodio, reverentiam tam debitam quam devo-

tam. Paternitati vestre notum facimus, quod ad nos accedentes Jacobus, investitus ecclesie de Limont, que est matrix ecclesia ecclesie de Bouvengnistiers, necnon parochiani dicti investiti in villa de Bouvenguistiers commorantes nobis significaverunt, quod ipsa ecclesia de Bouvengnistiers, que est appendicium et filia dicte ecclesie de Limont, tantum distat, videlicet per dimidiam leucam vel circiter, ab ipsa ecclesia parochiali de Limont pre licta, quod tempore maxime hyemali cum pluvie inundant, non possunt parochiani ville de Bouvengnistiers, nisi cum magna difficultate, propter inundationes aquarum, accedere matricem ecclesiam supradictam, ad quam accedere tenentur et debent, maxime in festivitatibus et diebus solempnibus ad audiendum divina officia. Propter quod parochianis dicte ville de Bouvengnistiers, quibus investitus ecclesie predicte de Limont confert et conferre debet ecclesiastica sacramenta et curam gerit eorumdem, plura pericula evenerunt, videlicet in pueris baptisandis, qui propter loci distanciam et accessum difficilem ad dictam matricem ecclesiam plures sine baptismo et infirmi sine sacramentis ecclesiasticis et confessione expiraverunt. Unde paternitati vestre ad instanciam et requisitionem dictorum investiti et parochianorum humiliter supplicamus propter causas antedictas et hujusmodi pericula evitanda, per vos ipsam ecclesiam de Bouvengnistiers auctoritate pontificali dividatis et separetis ab ecclesia de Limont predicta, statuentes eadem et imponentes baptismum et proprium sacerdotem a nobis decano et capitulo predictis, veris patronis dicte ecclesie de Limont, nobis archidiacono supradicto presentandum; qui quidem rector ipsius ecclesie de Bouvengnistiers conferat ipsis parochianis suis omnia ecclesiastica sacramenta. Et nos archidiaconus, decanus et capitulum predicti, quantum in nobis est, unacum investito et parochianis predictis ordinamus et volumus etiam propter divinum officium augmentandum, quod rector seu investitus ipsius ecclesie de Bouvengnistiers, quicumque erit pro tempore, habeat quolibet

anno septem modios spelte cum dimidio et decem solidos Turonensium nigrorum et a quolibet domo seu domorum capite ville de Bouvengnistiers seu investito ecclesie de Limont predicte[1], cuius investiti et de Limont redditus et proventus ita habundare dicuntur, quod porcio sufficiens remaneat eidem ad hoc, quod comode et honorabiliter valeat sustentari; cum quo redditu ipsi parochiani assignabunt et assignare volunt bene et competenter rectori seu investito eorumdem futuro tantum quod in universo annuatim habebit dictus rector ad minus porcionem xxiiii modiorum spelte mensure Leodiensis. Ita etiam quod ipse rector ecclesie omnes oblationes et obventiones undecumque ecclesie sue obvenerunt, tam in legatis ecclesie sue faciendis quam aliis, integraliter assequatur, hoc etiam adjecto, quod in signum subventionis et recompensationis premissorum rector ecclesie de Bouvengnistiers rectori ecclesie de Limont quolibet anno dabit et persolvet novem solidos Turonensium nigrorum, videlicet in crastino Penthecostes tres monete. Et cum quidam parochiani ecclesie de Selve[2] in villa de Bouvengnistiers commorentur, que quidem distat a villa de Selve per dimidiam leucam et amplius, propter quod mulieres aliquando propter debilitatem corporis pro eisdem purificandis nequeunt accedere ad ipsam villam de Selve, quod investitus ipse de Bouvegnistiers ad requisitionem investiti ecclesie de Selve ipsas in ecclesia de Bouvengnistiers purificandas recipere teneatur, et mortuos ibidem sepelire, salvis tamen in omnibus oblationibus et aliis juribus investiti ecclesie de Selve. Cujus ecclesie de Bouvengnistiers redditus et proventus dicti parochiani pro posse suo imposterum, prout exhibuerit se facultas, promiserunt augmentationem. Vicarius etiam de Bouvengnistiers, qui nunc est, ad presentationem ipsorum decani et capituli, per nos archidia-

[1]) Evidemment le copiste du cartulaire a omis quelques mots avant *seu investito ecclesie de Limont.*

[2]) Salve.

conum predictum rector in ecclesia de Bouvengnistiers predicta instituatur. Quare paternitatem vestram duximus obsecrandam, quatenus divine pietatis intuitu et ad removendum tanta pericula auctoritate ordinaria dictam ecclesiam de Bouvengnistiers ab ecclesia de Lymont predicta separetis et dividatis, statuentes et ordinantes quod dicta ecclesia de Bouvengnistiers baptismum habeat et perpetuum sacerdotem, qui parochianis de Bouvengnistiers ecclesiastica exhibeat sacramenta, ordinationem predictam factam per nos inter dictas partes seu ecclesias confirmantes, cum hec de nostra processerunt voluntate. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo trecentesimo tertio, in vigilia beati Andree, apostoli.

II. *Confirmation de la séparation par l'évêque de Liége.*

1 octobre 1305.

THEOBALDUS, Dei gratia episcopus Leodiensis, dilectis sibi in Christo domino Emichoni de Spanhem, archidiacono Leodiensi, decano et capitulo ecclesie beati Bartholomei Leodiensis, investito ecclesie de Limont, perpetuo vicario de Bouvengnistiers ac universis aliis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino sempiternam. Cum capella seu ecclesia de Bouvengnistiers, que est et hactenus fuit appendicium de Limont, baptisterium non habet neque proprium sacerdotem alium quam ipsum vicarium, propter quod, cum magna sit distancia inter villas supradictas, tam in pueris baptisandis quam aliis ecclesiasticis sacramentis conferendis hominibus de Bouvengnistiers plura pericula pluries emerserunt, prout hec et alia in litteris vestris, quibus nostra presens littera est infixa, continetur; hinc est, quod ad petitionem vestram juri consonam parochianorum ac hominum ville de Bouvengnistiers predictorum, ipsam ecclesiam de Bouvengnistiers ab ecclesia de Lymont predicta auctoritate

ordinaria dividimus et separamus, statuentes et ordinantes quod ipsa ecclesia de Bouvengnistiers imposterum habeat baptisterium et proprium sacerdotem presentandum per vos decanum et capitulum predicti loci archidiacono, a quo idem rector ecclesie de Bouvengnistiers curam recipiat animarum parochianorum ipsius ville de Bouvengnistiers et suis parochianis conferat omnia ecclesiastica sacramenta. Premissa autem et omnia alia in litteris vestris contenta nostra pontificali auctoritate confirmantes et precipientes eadem inviolabiliter observari. In quorum testimonium litteris presentibus sigillum nostrum est appensum. Datum Leodii anno Domini millesimo ccc° quinto, mense octobri, in die sancti Remigii.

Cartulaire de la collégiale de Saint-Barthélemi de Liége, fol. 94 et suiv. (Communiqué par M. le chevalier C. de Borman.)

ACTE DE DÉLIMITATION ENTRE LES PAROISSES DE 'S GRAVENWEZEL ET DE SCHILDE.

Nos anciennes paroisses étaient souvent séparées par d'immenses bruyères[1] n'ayant ni habitations, ni terrains cultivés. Sous le rapport civil, elles étaient d'un usage commun aux habitants des localités limitrophes. La délimitation exacte des paroisses était pour ainsi dire sans objet, et, par conséquent, peu connue. Il arrivait parfois qu'une abbaye, un chapitre ou un propriétaire obtenait du prince quelques bonniers

[1]) Ces bruyères s'appelaient en flamand *wildert, wildaert, aert*. Le mot flamand *heide* désignait primitivement la plante qui croît dans les bruyères. Le pâturage nommé en flamand *vroente* était la bruyère commune aux habitants d'un village ou d'un hameau.

de ces immenses bruyères pour les défricher et y établir des fermes. Dans ce cas, la délimitation devenait souvent l'objet de longues controverses et de grands procès entre les différentes paroisses. Nous avons tout lieu de croire que le différend entre les paroisses de Schilde et de 's Gravenwezel dont il s'agit dans l'acte suivant, était de cette nature. Quoiqu'il en soit, une décision de l'autorité diocésaine devint nécessaire. Elle fut donnée, après enquête et mûr examen, au nom de l'évêque par le doyen de la chrétienté d'Anvers, à laquelle ressortissaient les deux paroisses.

30 juin 1321.

Universis presentes litteras visuris et specialiter venerando viro et discreto domino officiali Cameracensi, A., decanus christianitatis Antwerpiensis, veritatis notitiam et in mandatis obedientiam cum salute. Noveritis quod ego ad mandatum vestrum, domine officialis predicte, cui hec mea littera est infixa, super limitatione, declaratione et divisione parochialium ecclesiarum de Scille et de Wesele, de quibus in dicto vestro mandato fit mentio, secundum formam et tenorem ejusdem mandati vestri diligenter inquisivi, partibus et aliis propter hoc evocatis et citatis. Unde hujusmodi inquisitione diligenter per me facta de premissis, auditisque depositionibus testium coram me propter hoc hinc inde productorum et juratorum, ac rationibus dictarum partium diligenter consideratis et in scriptis redactis, prehabita super premissis deliberatione multiplici et diligenti cum peritis, Dei nomine invocato, et partibus propter hoc in mea presentia constitutis et sententiam ferri postulantibus, sententialiter dico et pronuntio auctoritate vestra, domine officialis predicte, mihi specialiter in hac parte commissa, curtem de

Rincvenne[1] de jure spectare et spectare debere ad dictam parochialem ecclesiam de Wesele, mandans magistro, fratribus[2] et ceteris dicte curtis personis in virtute obedientie, auctoritate qua fungor in hac parte, ut ipsi a presbytero curato dicte parochialis ecclesie de Wesele, et non ab aliquo alio ecclesiastico de cetero recipiant sacramenta; etiam presbytero curato dicte ecclesie de Scille sub pena suspensionis, et quibuscumque aliis sub pena excommunicationis late sententie, ne contra hujusmodi meam sententiam dictam seu pronuntiationem veniant in futurum, sed quod ea perpetuis temporibus rata et grata teneant et observent. In quorum premissorum testimonium et munimem sigillum meum litteris presentibus duxi apponendum. Datum et actum anno Domini m. ccc. xxi, die commemorationis sancti Pauli.

Cartulaire de S. Michel, fol. xxiiii r°, aux Archives du Royaume.

Incorporation des églises d'Oostmalle et de Veerle a l'abbaye d'Averbode.

Les paroisses d'Oostmalle et de Veerle, comme il résulte du document suivant, faisaient partie, avant 1559, du diocèse de Cambrai et du décanat d'Anvers. Veerle était limitrophe du diocèse de Liége. Lors de l'érection des nouveaux évêchés, les deux paroisses passèrent au diocèse d'Anvers; Oostmalle fut placé

[1]) La ferme de Rinckvenne existe encore aujourd'hui. Elle se trouve près de l'église et sous la paroisse de Saint-Job-in't-Goor, qui n'était autrefois qu'un hameau ou chapelle de Schooten.

[2]) Cette phrase semble indiquer que la ferme était exploitée par des frères convers sous la direction d'un religieux. Le savant historien, Adrien Heylen, dans ses *Historische Verhandelingen* cite plusieurs exemples de semblables exploitations.

sous le décanat de Herenthals jusqu'en 1609-1610, et, depuis cette époque, sous celui de Hoogstraeten. Veerle fit partie du décanat de Herenthals jusqu'au concordat. A la réorganisation de 1803, Oostmalle comme succursale de Brecht, dépendit du décanat de ce nom, appelé depuis décanat de Hoogstraeten, et Veerle de celui de Gheel.

25 juillet 1329.

Universis presentes litteras inspecturis, GUIDO, Dei gratia episcopus Cameracensis, salutem in Domino. Universitati vestre notum facio quod nos evidenti nostre Cameracensis ecclesie nostrique et successorum nostrorum utilitate considerata et pensata, jus patronatus personatuum de Verle et de Oestmalle, nostre Cameracensis diocesis, ad nos pleno jure pertinens, cum omnibus juribus et pertinentiis dicti patronatus, cum venerabilibus et religiosis viris abbate et conventu monasterii Averbodiensis, Leodiensis diocesis, ad collationem capellanie seu altaris beati Judoci in dicta parochiali ecclesia de Verle, ad prefatos religiosos in solidum pertinentem, necnon ad duas partes decime seu juris ipsius, quam decimam iidem religiosi in dicta parochia de Verle hactenus obtinuerunt et adhuc obtinent et possident in valore quinque modiorum siliginis mensure Lovaniensis ad existimationem communem, de probatione et jurisperitorum concilio, sufficienti informatione de premissis penitus recepta, habitoque super hiis cum prefatis religiosis et per nos deliberatione diligenti, permutavimus et permutationem fecimus et facimus, volentes et consentientes expresse, quod ex nunc jus patronatus personatus ecclesiarum et ipse ecclesie de Verle et de Oestmalle cum omnibus juribus et pertinentiis suis predictis dicto monasterio uniantur et incorporentur, et quod dicti religiosi ad regimen animarum, quod memoratis ecclesiis

immanet, deinceps perpetuo sint adstricti, ipseque ecclesie per aliquos de canonicis dicti monasterii ab episcopo ad dicti abbatis presentationem instituendos debeant et valeant tam temporaliter quam spiritualiter deserviri.

Nos et successores nostri, premissis mediantibus, capellaniam sancti Judoci predicti cum omnibus suis pertinentiis ad presentationem abbatis dicti monasterii, que fuerit pro tempore nobis facienda, ex nunc similiter pleno jure conferre ac duas partes decime supradictas possidere perpetuo et pacifice debemus, ac easdem decimas mense nostre episcopali pro nobis et successoribus nostris, episcopis Cameracensibus predictis, ex causa dicte permutationis applicamus; promittentes pro nobis et successoribus nostris dictam permutationem, prout de jure valet et tenet, perpetuo ratam habere et non contravenire in aliquo vel contravenire facere quomodolibet in futurum.

Et ut premissa omnia et singula perpetuis temporibus firma et rata permaneant, dilectos viros prepositum, decanum et capitulum nostre Cameracensis ecclesie requirimus et rogamus quatenus premissis omnibus suprascriptis suum consensum prebere velint pariter et assensum. In quorum omnium premissorum testimonium presentes litteras fieri fecimus, nostrique magni sigilli appensione muniri. Datum apud Castellum nostrum in Cameracesio, die xxv mensis julii, anno Domini m. ccc. xxix.

Archives de l'abbaye d'Averbode.

Reconnaissance des reliques de saint Gommaire en 1354 et 1406.

Saint Gommaire, patron de la ville de Lierre, mourut en 774. Son corps fut levé de terre quarante ans après sa mort, c'est-à-dire en 815, sous

l'épiscopat d'Hildoard, évêque de Cambrai. Une reconnaissance solennelle des reliques du saint eut lieu le 26 juin 1354; une autre le 12 septembre 1406. Nous en donnons les procès-verbaux. En 1406, les reliques restèrent exposées pendant huit jours. L'acte dressé à cette occasion fait mention de deux visites antérieures sans les spécifier. Il est probable qu'entre 1354 et 1406, on a fait une nouvelle reconnaissance. Cette opinion nous paraît d'autant plus fondée que dans l'acte de 1354, on ne parle pas de la côte qui a été extraite pour être enchâssée dans un reliquaire spécial; ce qui cependant avait eu lieu avant 1406. La note, en flamand, rapportant cette séparation à l'année 1354, n'a été rédigée tout au plus qu'au seizième ou au dix-septième siècle. Etant dénuée de tout caractère d'authenticité, elle ne saurait infirmer cette opinion.

26 juin 1354.

Arnoldus[1], decanus christianitatis Antwerpiensis, et Arnoldus Cnoper[2], plebanus ecclesie sancti Rumoldi Machliniensis, Cameracensis dyocesis, universis presens scriptum visuris, salutem in Domino cum notitia veritatis. Notum facimus tenore presentium omnibus christifidelibus, quia, cum nonnulli ignorantes ardore sciendi, sicut omnes homines naturaliter scire desiderant, et alii ammirantes stupore videndi, sicut propter ammirari inceperunt philosophari, et tertio diligentes

[1]) Dans un acte de 1355, il s'intitule Arnoldus de Vilvordia, probablement parce qu'il était originaire de cette ville.
[2]) Arnoldus Cnope, Cnoper ou Cnopere était de Lierre. Bien souvent il est appelé Arnoldus de Lira.

amore habendi, prout : num quem diligit anima mea vidistis, an beatissimum corpus sancti Gummari, confessoris, in suo desuper altare[1] in choro ecclesie ejusdem sancti Gummari Lyrensis prefato veraciter et totaliter esset, interrogaverint pariter murmurantes, eapropter venerabiles viri decanus et capitulum dicte ecclesie certiorari super hiis cupientes, ad laudem altissimi Dei qui in sanctis suis semper est mirabilis atque gloriosus, reverendo in Christo patri ac domino, domino Petro, Cameracensi episcopo, duxerunt supplicandum, quatenus super premissis facti veritatem indagari et inquiri facere paterna aucthoritate dignaretur. Qui quidem reverendus pater hujusmodi supplicationi tamquam juste annuendo, premissa nobis cum omni reverentia et diligentia viva voce commisit. Nos autem licet immeriti, tamen mandato dicti reverendi patris reverenter obedire volentes, ut tenemur, accedentes personaliter una cum viris venerabilibus, capitulo predicto dicte ecclesie, presentibus notario publico et aliis pluribus personis subscriptis, ad dictum feretrum, quod aperire fecimus cum reverentia, qua decet, idem feretrum intus inspeximus, et ibidem statim quemdam pannum lineum, in quo dicebatur dictum corpus beatissimum fore involutum ante canonizationem ejus, cum jaceret adhuc in capella sancti Petri Lyrensis in terris per quadraginta annos, totum album, clarum et mundum invenimus. Insuper inspicientes infra idem feretrum quoddam parvum scrineum ligneum longitudinis octo et altitudinis duorum ac latitudinis unius pedum, etiam totum purum, mundum et albissimum, quamquam veridica relatione ibidem fuisset sexingentis annis repositum et amplius, invenimus. Et idem scrineum clausum ferreis cerruris aperientes beatissimum

[1]) Les corps des saints, après qu'ils avaient été levés de terre, étaient placés sur une estrade en bois ou en pierre derrière l'autel. Les autels, à cette époque, n'avaient pas de rétables élevés comme on en voit de nos jours. Voyez à ce sujet Didron, *Annales archéologiques*, VIII, 181, et Viollet-le-Duc, *Dictionnaire raisonné de l'architecture*, II, art. *Autel*.

corpus memorati sancti Gummari integraliter, videlicet, in superiori parte dicti scrinei gloriosum caput et collum et descendendo cetera ejus membra optimi suavissimi odoris, involutum immediate in quodam nobili peplo adhuc mundissimo, deinde in quadam pelle cervina seu cervi multipliciter munda et alba per totum ad instar unius infantis cum quadam zona etiam cervi seu cervina circumligatum cum appositione sigilli de cera crocea in sua circumferentia caput reverendi patris domini episcopi, sicut etiam ex inscriptione litterarum apparebat, deferentis invenimus[1]. Que omnia et singula in oculis omnium tam gloriosa, tam mirabilia omnibus subscriptis et multis aliis ad laudem Dei et dicti gloriosi sancti venerationem ampliorem totiusque populi devotionem excitandam necnon et omnis dubii predicti velamen extirpandum ostendimus, palam et publice manifestavimus, et statim post hec premissa omnia et singula una cum presentibus litteris in eodem feretro per nos reverenter reposita recludi et firmari fecimus. Qui omnes et singuli meritis et exemplis hujusmodi sancti et gloriosi prenominati et enarrabili inspectione premissorum accensi gratias Deo agentes et ipsum Deum in dicto sancto laudantes, eumdem sanctum proni in terra cadentes adoraverunt. In quorum omnium testimonium et munimen sigilla nostra presentibus duximus apponenda et ea ad majorem certitudinem ac perpetuam memoriam per notarium subscriptum in formam

[1]) Il s'agit probablement du sceau apposé lorsque le corps du saint fut levé de terre. Nous pensons que ce sceau n'était pas attaché à un acte, mais qu'il était imprimé sur les reliques elles-mêmes. Les mots *sicut etiam ex inscriptione litterarum apparebat* paraissent devoir se rapporter à la légende du sceau épiscopal. La description de ce sceau mérite de fixer notre attention. Les sceaux qui ne portent que la tête ou le buste des évêques, sont pour ainsi dire inconnus. En comparant la forme en question à celle des sceaux princiers, nous devons l'attribuer pour le moins au dixième siècle, si pas à une époque antérieure. On trouve un grand nombre de sceaux semblables reproduits par Mabillon, *De re diplomatica*, tab. XX-XXVIII.

publicam redigi mandavimus, et suo signo solito fecimus communiri.

Acta sunt hec in loco capitulari dicte ecclesie anno Domini m°. ccc°. liiij°, indictione septima, mensis junii die vicesima sexta, hora sexta vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini, domini Innocentii, divina providentia pape sexti, anno secundo, presentibus ibidem discretis viris et honestis Joanne Dries et Heinrico Barbetonsoris, ejusdem ecclesie capellanis, magistro Guilielmo Dries, magistro in artibus, Gummaro Tinctoris, Henrico de Tymo et Joanne de Castro et multis aliis tam presbyteris, clericis quam laicis, testibus ad permissa vocatis et rogatis.

Et ego Egidius de Merechtere, clericus Cameracensis dyocesis, publicus imperiali aucthoritate notarius, qui premissis omnibus et singulis presens interfui, ea scivi, vidi et audivi, hoc presens instrumentum publicum de mandato decani, plebani et capituli predictorum exinde confeci et in publicam formam redegi, signumque meum solitum una sigillis decani et plebani suprascriptorum apposui, rogatus in testimonium premissorum[1].

Original sur parchemin, sans sceau, aux Archives de l'église collégiale de Lierre.

[1]) Nous reproduisons aussi la copie d'une pièce détachée, dont l'écriture trahit le seizième siècle. Elle est conservée, comme toutes celles que nous donnons touchant les reconnaissan es des reliques de saint Gommaire en 1354 et 1406, dans les archives de l'ancienne église collégiale de Lierre. Nous avons dit ci-dessus, à la page 121, quelle valeur on doit lui attribuer. Voici ce document :

« Anno 1354, tsanderdaechs na sint Jans Baptisten dach, duer toelaten van mynheere de biscop van Cameryck es openghedaen gheweest de casse van sinte Gommaer tot Lyere van heer Aert van Vilvoorden, opperprochiaen van sinte Gommerskercke tot Lyere ende meester Aert Knoper, canonick van Mechelen, thegenwoordich zynde heer Aert Beeckmans, heer Waltherus Dielbeeck, meester Jan De Noot, heer Gielis Ophem canonick van sinte Gommers. Inde casse es gevonden tgeheel lichaem van

19 août 1406.

Petrus, Dei gratia episcopus Cameracensis, venerabilibus patribus sancti Michaëlis Antverpiensis et beate Marie Tongerloënsis, Premonstratensis ordinis, nostre diocesis abbatibus, ac dilectis nobis in Christo ecclesiarum beate Marie Antverpiensis, sancti Gummari Lyrensis et christianitatis Antverpiensis decanis, necnon preposito et plebano prefate ecclesie Lyrensis aut eorum loca tenentibus salutem in Domino. Pro parte capituli, ville et magistrorum fabrice ecclesie beati Gummari Lyrensis predicte nobis fuit humiliter supplicatum, quatinus ad populi hesitationem tollendam et devotionem augmentandam feretrum sive capsam, in quo reliquie gloriosi confessoris sancti Gummari predicti in dicta ecclesia conservantur, aperiri facere et populo ostendere vellemus; nos igitur, ut tenemur, ad honorificationem sanctorum, qui in celis cum Deo habitant, totis viribus inhiantes, vobis vel vestrum duobus, si non omnes interesse possitis, dictum feretrum sive capsam auctoritate nostra aperiendi et fideli populo, si et prout videre poteritis, ostendendi et recludendi pro presenti concedimus facultatem, et ad hoc committimus vices nostras; et ulterius, ut dicta ecclesia congruis veneretur et attollatur honoribus et a christifidelibus jugiter devotione frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui devotionis causa dictas reliquias a dominica post instans festum Nativitatis beate Marie Virginis, que erit duodecima die septembris, usque ad dominicam tunc proxime sequentem inclusive, visitaverint et eidem manus suas porrexerint adjutrices, qualibet die quadraginta indulgentiarum dies de injunctis sibi penitentiis in Domino misericorditer relaxamus. Pre-

sinte Gommer zonder iet aff synde, ende op den selven dach met rypen rade es uut de voirseyde casse genomen een ribbe van sint Gommer, welcke ribbe noch hedendaechs getoont wordt in de kercke in eenen silveren engel ghemaeck tot een ghedenckenisse. »

sentibus autem litteris post annum minime valituris. In cujus rei testimonium sigillum nostrum rotundum presentibus litteris duximus apponendum. Datum Cameraci, sub nostro sigillo, anno Domini millesimo quadringentesimo sexto, die decima nona mensis augusti.

12 septembre 1406.

Universis presentes litteras inspecturis, Petrus, superna suffragante gratia sancti Michaëlis Antverpiensis, Johannes, beate Marie Tongherlensis, Premonstratensis ordinis monasteriorum humiles abbates, Joannes, beate Marie Antverpiensis, Wilhelmus, sancti Gummari Lyrensis ecclesiarum collegiatarum, necnon Reynerus, christianitatis Antverpiensis devoti decani, Walterus, prepositus, et Johannes, curatus ecclesie Lyrensis, Cameracensis diocesis, salutem in eo qui est omnium vera salus. Recepta a nobis certa commissione reverendi in Christo patris et domini nostri Petri, divina favente clementia Cameracensis episcopi, reverentia et honore condebitis personaliter chorum ecclesie sancti Gummari Lyrensis unanimes dominica post festum Nativitatis beate Marie virginis, que fuit duodecima die septembris, ecclesiasticis ornamentis ornati, stolis, cappis et aliis sedula devotione, qua decuit, missarum solempniis celebratis, intravimus, ibidemque ad summam missam prefato domino sancti Michaëlis preparato decantandam, feretrum prefati sancti Gummari deponi mandavimus et in loco capitulari deportavimus, ubi de mandato nostro demum feretrum in presentia canonicorum residentium, videlicet dominorum Johannis Magherman, Laurentii fratris ejusdem, Jacobi de Wessocle, necnon quatuor capellanorum pro custodia reliquiarum prefati sancti Gummari sub suis juramentis deputatorum, scilicet dominorum magistri Johannis Piers, Walteri Dike, Johannis Kemmere et Henrici Sleype, scabinorum juratorumque ville prefate Henrici Dries, Johannis de Molle, Henrici Mys, Johannis

de Vorspoele, Wilhelmi Colibrant, magistri Petri Pistoris et Egidii Dries, magistrorumque fabrice Arnoldi de Paeschen et Petri de Veken, notariorumque publicorum, magistri Johannis de Roest et Johannis Venatoris de Boxtel, fuit apertum. In quo feretro reperte fuerunt littere duarum ostensionum prefatarum reliquiarum, necnon lintheum seu peplum album in quo corpus sancti Gummari in capella sancti Petri annis quadraginta in terra ante canonizationem predictam annis sexingentis jacuit, idem corpus in quadam parva, alba, plana capsula, in dicto panno involutum; quam quidem capsulam clausam et cerruris firmatam prefati abbates de loco capitulari usque ad majus altare deportaverunt; et ibi per nos commissarios fuit eadem capsula, multitudine populi copiosa in unum gloriose congregata, coram clero et populo aperta, *Te Deum laudamus* decantando. In qua capsula repertum fuit integrum corpus sancti Gummari, excepta una costa, que in cristallo inter manus unius angeli argentei deaurati ad ostensionem populi est reservata; cujus corporis ossa membratim in quodam lintheo parvo seu peplo multum tenui et subtili fuerunt involuta, et sic posita in pelle corei cervi albi et mundissimi, et zona cervina circumligata, nodo ejusdem zone sigillo cujusdam antiqui episcopi sigillato; que quidem membra sigillatim, incipiendo a capite usque ad pedes juxta compactionem corporis, in quadam magna capsa, palleis aureis decenter ornata, fuerunt reposita et sic omni populo occurrenti cum Dei timore et honore publice ostensa, juxta tenorem commissionis memorate. Datum et actum predicta die dominica, que fuit duodecima die mensis septembris, anno Domini millesimo quadringentesimo sexto. In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium et munimen sigilla nostra hiis presentibus litteris duximus apponenda. Datum ut supra. Notarii : Johannes Fratris de Roest et Johannes Venatoris.

17 septembre 1406.

Universis presentes litteras visuris seu audituris Wilhelmus de Brugis, in legibus licentiatus, ecclesie sancti Gummari Lyrensis devotus decanus, Walterus de Donghelbergis, prepositus, Johannes de Barendrecht et Heynricus Fabri, presbyteri, locumtenentes domini Johannis de Roest, curati ecclesie ejusdem, salutem in Domino sempiternam. Recepta per nos excusatione legitima reverendorum in Christo patrum dominorum sancti Michaëlis Antverpiensis et beate Marie Tongerlensis monasteriorum abbatum, dominorumque ecclesie collegiate beate Marie Antverpiensis et christianitatis ejusdem loci decanorum, die dominica post octavas Nativitatis beate Marie, que fuit decima nona dies septembris, post decantationem vesperarum honore, reverentia et devotione condebitis reliquias gloriosissimi confessoris sancti Gummari, patroni nostri predicti, involutas in eodem peplo, in quo sicut per nos septem commissarios fuerunt invente, integraliter et fideliter reclusimus, et coreo cervino zona cum sigillo prelibato qua circumligata fuerant, circumligavimus, et in capsula qua prius fuerant inclusa, reposuimus, eandem capsulam cerruris, prout prius clausa fuerat, clausimus et firmavimus, peplo magno seu lintheo albo, in quo sanctum corpus beati Gummari inhumatum fuisse dicebatur, quod quidem peplum repertum fuit in magna capsa juxta parvam capsulam, ad ostensionem populi pro devotione augmentanda, exterius retinendo. Capsulam vero modo prelibato firmatam una cum litteris duarum ostensionum et presentibus tertie ostensionis, in presentia canonicorum residentium, scabinorum juratorum ville, quatuor capellanorum pro custodia deputatorum, magistrorum fabrice et notariorum publicorum, singulariter litteris, quibus nostre presentes infiguntur, nominatorum, cum solempnitate, qua decuit in capsa reclusimus, ipsam firmari fecimus et in locum supra majus

altare ad hoc deputato honorifice reponi. In cujus rei testimonium nos Wilhelmus et Walterus sigilla nostra propria et nos locumtenentes sigillum cure presentibus duximus appendenda, juxta tenorem commissionis prelibate. Datum prefata decima nona die mensis septembris, anno Domini millesimo quadringentesimo sexto. Notarii : Johannes Fratris de Roest et Johannes Venatoris; Wilhelmus Brugensis decanus Lyrensis, presbyter.

Archives de l'église de Saint-Gommaire, à Lierre.
(Les copies de ces documents nous ont été communiquées par M. Van Vugt.)

Erection de la chapelle de Saint-Josse-ten-Noode.

La première chapelle de Saint-Josse-ten-Noode fut bâtie vers le milieu du quatorzième siècle, lors de la construction de la nouvelle enceinte de Bruxelles. Cette chapelle, érigée du consentement du chapitre, peut être considérée comme une succursale. En effet, on pouvait y administrer la plupart des sacrements et même faire les enterrements dans le cimetière adjacent à la chapelle. Le prêtre qui y était attaché, devait avoir soin des malades et leur administrer les sacrements, etc. Le document que nous publions, est la convention intervenue, à cette occasion, entre le chapitre de Sainte-Gudule et les principaux habitants du faubourg. L'acte fut donné par le chapitre, le 11 décembre 1361, et approuvé par les principaux habitants de Ten-Noode dans une réunion qui eut lieu le lendemain, à la nouvelle chapelle du faubourg. Au quatorzième siècle, la dévotion à

saint Josse était populaire dans notre pays, et le pèlerinage au célèbre monastère de Saint-Josse-sur-Mer était très-connu. Dans ces temps de foi, les juges condamnaient assez souvent le coupable à faire ce pèlerinage, et dans plusieurs églises, se trouvaient des chapellenies fondées en l'honneur de saint Josse. Il n'est donc pas étonnant que ce saint ait été choisi pour patron de la nouvelle chapelle.

11 et 12 décembre 1361.

In nomine Domini, amen. Quoniam inter venerabiles viros dominos, videlicet decanum, capitulum et plebanum ecclesie beate Gudile Bruxellensis ex una parte, et honestas personas, videlicet parochianos habitantes in suburbio Bruxellensi dicto *Ten Noede* ex alia, de et super consecratione et fundatione nove capelle ibidem site, quidam contractus, conventiones, et ordinationes condicti erant et concordati, prout tenor et forma contractuum, conventionum et ordinationum predictorum in litteris dictorum venerabilium virorum super hoc confectis et eisdem parochianis concessis plenius continetur, ad perpetuam rei memoriam noverint universi et singuli hoc presens publicum instrumentum visuri et audituri, quod anno Incarnationis Domini m. ccc. sexagesimo primo, indictione quinta decima, mensis decembris die duodecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domni nostri, domni Innocentii, divina Providentia pape sexti, anno nono, in presentia mei notarii publici ac testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, propter hoc convocatione pro dictis suburbanis congregandis et adunandis facta, et magna multitudine eorumdem de honestioribus viris et fide dignoribus ibidem adunata, videlicet Henrico dicto Uselen, Daniële dicto Strael, Joanne dicto de Meyr van den Noede, Egidio dicto Zas, Arnoldo de Obbergen, Roberto dicto Voghelensdale, Petro dicto Deckere,

Egidio dicto Pleytere, Henrico dicto Duutsche, Joanne Soyers, Henrico Kerreman, Arnoldo dicto Lyssen, Egidio de Woluwe, Wilhelmo dicto Verman, Johanne de Molhem, Walthero van den Berghe, Willelmo van den Hamme, Willelmo dicto Strael et Everardo dicto Strael, parochianis in dicto suburbio tunc habitantibus, discretus vir Joannes de Buseghem, opidanus Bruxellensis, de mandato et voluntate dictorum suburbanorum ibidem astantium tenorem et formam dictarum litterarum in lingua materna eisdem suburbanis exposuit, pertractavit verbotenus et expressit; quarum quidem litterarum tenor sequitur in hec verba :

Universis, ad quod presentes littere pervenerint, decanus, capitulum et plebanus ecclesie beate Gudile Bruxellensis, Cameracensis dyocesis, salutem in Domino sempiternam. Ad illa libenti animo et ferventi desiderio intendimus interius, per que divinus cultus augetur et specialiter in spiritualibus populus habundantius et salubrius providetur. Sane cum infra metas parochie ecclesie nostre predicte existat quoddam suburbium vocatum Ten Noede, quod a pauco tempore citra tam edificiis quam habitatoribus multum excreverit, situatum extra muros et fossata opidi Bruxellensis, quibus habitatoribus per plebanum ecclesie nostre et ejus coadjutores commode ecclesiastica sacramenta, videlicet penitentie, Eucharistie et extreme unctionis, ministrari non valent, presertim nocturno tempore, dum necessitas requirit, cum porte dicti opidi qualibet nocte clauduntur et diligenter clause observantur, sic quod per eas transiri non potest (super quo parochiani habitantes ibidem humiliter sibi petierunt per nos favorabiliter et salubriter provideri) nos igitur ob predictas causas eorum precibus inclinati et zelo ducti charitatis eisdem parochianis, qui nunc sunt et in futurum erunt, concessimus et concordavimus cum eisdem in hunc modum; videlicet quod possint ibidem infra metas dicte parochie edificare et construere capellam cum campanili in honore Omnipotentis Dei, bea-

tissimeque virginis Marie matris ejus, et sancti Judoci, confessoris, ac omnium sanctorum Dei. Que capella poterit consecrari, et in illa misse submissa voce poterunt celebrari sed non alta voce, nisi tantum in sex diebus videlicet : dedicationis ejusdem capelle, processionis quando ymago sancti Judoci circumportabitur, et quatuor festivitatum ejusdem sancti Judoci, confessoris, quarum prima est in die beati Barnabe, apostoli, quando manus Domini super ipsum apparuit; secunda vero de inventione corporis ejusdem, videlicet in die beatorum Jacobi, apostoli, et Christophori, martyris; tertia de translatione dicti corporis, videlicet idibus octobris; et quarta de ejus morte, videlicet in die beate Lucie, virginis, de nostra tamen licentia, quam semper ad hoc conferre debemus, a nobis prius petita et obtenta.

In qua quidem capella sacramentum Eucharistie et oleum pro infirmis poterit et debebit reservari, ut dicti parochiani habitantes facilius habere possint sua ecclesiastica sacramenta, et hoc tempore nocturno et etiam diurno, dum necessitas imminet. Ad illa autem sacramenta administranda aliquis ydonius presbyter ex parte nostra constitui debet, in expensis tamen dictorum suburbanorum (donec ibidem una cappellania competens fuerit fundata) qui in dicto suburbio seu vico commorari debet et maxime de nocte dormire; qui premissa habebit ministrare sacramenta tempore et modo predictis, et etiam mulieres post partum purificare, si commode ad ecclesiam nostram venire non valent, dummodo eis licentiam ibidem dederimus purificandi. Et licet plenum et totale jus parochiale ad nos spectare noscatur, nihilominus, ut dicta capella melius et expeditius construatur, concordavimus cum eisdem et concessimus, ut dicta capella, cum consecrata fuerit, una cum cymiterio, si quod fiat, habeat sepulturam quoad illos, qui eligent sepeliri ibidem, et ad hoc consensum nostrum adhibere debemus, tali semper conditione in premissis salva, quod quecumque obventiones, oblationes fidelium, data, donata, legata

tam offertoriis quam de funeralibus, videlicet de candelis oblatoriis et circa funus seu funera ponendis et accendendis die sepulture, septenariorum, trecenariorum et anniversariorum, necnon vestibus aureis, cericeis, bocranis et saeytis seu quibusvis aliis quibus funera tegi contigerit, necnon de obventionibus quibuscumque ad fabricam datis vel oblatis, sive sit in trunco vel in alio loco, ubi fideles ad fabricam offerunt seu offerre consueverunt, per quemcumque modum seu formam hec obvenerint, sine dolo fraudis, cavillationis vel exceptionis alicujus inventionis mediatim dividentur, sic quod una medietas omnium predictorum nobis cedet integraliter et ad nos pertinebit; alia vero medietas ad fabricam, structuram, conservationem et retentionem dicte capelle et suorum necessariorum ad divinum cultum reservabitur expendenda per duos ydoneos viros, unum videlicet per nos, alium per dictos parochianos ad hoc eligendos, qui jurabunt jus nostrum et partem nostram predictam nobis fideliter et integraliter observare et deliberare, aliam vero partem ad usus et profectus ejusdem capelle et divini cultus erogare. Non est tamen intentionis nostre quod juri fabrice nostre ecclesie predicte per premissa in aliquo derogetur, sed quod de hujusmodi funeribus hoc idem habeat, prout de illis que apud fratres tam minores quam carmelitas Bruxellenses sepeliri contingunt, hactenus habere consuevit. Insuper volumus, si aliquis parochianus dicte parochie seu alius alter quicumque unam fenestram vitream aut partem muri expensis suis propriis ibidem facere vellet, vel calicem aut ornamenta altarium dare, seu altare de novo ibidem erigere unum vel plura, quod de talibus vel similibus medietatem habere non debemus, dum talia tamen fiant sine fraude, dolo, cavillatione seu machinatione quacumque. Cetera tamen, quecumque ibi obveniunt seu dantur ad fabricam vel alias quovis modo, sive ex collectis, questis, talliis, descriptionibus, contributionibus, restitutionibus, oblatis et donatis, quocumque titulo et forma hec fiant, ad nos decanum, capitulum et ple-

banum predictos pro medietate pertinebunt et spectabunt absque impedimento quocumque apponendo seu inveniendo. Preterea si quis aliquem redditum annuum vel terras, domos seu alias possessiones et bona immobilia quecumque ad capellaniam ibidem fundandam seu ad usum presbiteri vel presbiterorum inibi Domino deservientium dare, legare, relinquere seu quovis modo assignare voluerit, de talibus partem nullam habere debemus, nec etiam fabrica dicte capelle vel alter quicumque, nisi presbiter seu presbiteri et deservitores ejusdem. Etiam si quis ibidem unam capellaniam vel plures fundare voluerit, et competentes redditus ad hoc fuerint assignati et ammortizati, et litere super hoc confecte sub nostra custodia posite, illam capellaniam seu capellanias admittere debemus, et post primum donum dictarum capellaniarum collatio et institutio earumdem ad nos tamquam veros patronos in solidum remanebit. Erunt etiam omnes ecclesiastice persone ad dictam capellam pertinentes, quotquot erunt in futurum, de choro ecclesie nostre et de nostro choro reputabuntur, et nobis debitam reverentiam et subjectionem jurare tenebuntur, et cetera in omni modo et forma sicut capellani ecclesie nostre sepedicte jurare consueverunt, et quod jus nostrum et plebani in omnibus fideliter observabunt, nec aliqua usurpabunt vel sibi acquirere studebunt in prejudicum nostrum et ecclesie nostre quovis modo, ultra illa, que eis per presentes concedentur, per que ecclesia nostra et nos ledi possemus seu quomodolibet defraudari. Insuper si quis aliquam petiam terre contigue cymiterio jacentem pro illo ampliando et non alias contulerit, inde nullam partem petere intendimus nec debemus. Et quia rerum temporalium dispositio decursu temporis obfuscata sub oblivionis favilla solet sepius sepeliri, ne ea que de premissis gesta sunt, de facili recedant ab humana memoria presentes nostras literas, eisdem parochianis concessas, sigillo nostri capituli duximus roborandas. Datum anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo primo, mensis decembris die undecima.

Quibus quidem literis sic, ut premittitur, expositis et ab eisdem parochianis auditis diligenterque auscultatis, dicti parochiani ibidem presentes omnes et singuli recognoverunt et confessi sunt manifeste hujusmodi contractus, conventiones et ordinationes, in predictis litteris contentos, de eorum voluntate, scitu ac plenario consensu fore concordatos integraliter et esse factos, promiseruntque dicti suburbani ibidem presentes, tam conjunctim quam divisim, et quilibet pro se sub fide et fidelitate sua, in manu mei notarii subscripti loco juramenti voluntarie et corporaliter interpositis tam nomine suo quam suorum heredum et successorum in futuro ibidem habitaturorum, quod contractus, conventiones conditionesque omnes et singulos in dictis literis expressos et contentos, ratos, firmos et inconcussos imperpetuum tenere debeant ac inviolabiliter observare et facere observari, omnibus exceptionibus doli, mali, lesionis, cavillationis ac quovis alio ingenio deceptorio in premissis exclusis pariter et amotis. Insuper et ut dicte conventiones omnes et singule superius expresse robur obtineant firmitatis, dicti parochiani ibidem presentes et propria sigilla non habentes, ut asseruerunt, rogaverunt providos viros et honestos Everardum Wassaert, Johannem dictum Van den Payhuyze seniorem, Henricum dictum Ansem, Henricum Craenhals, Gerardum de Zone, Ludovicum quondam Anthonii campsoris, Henricum Uselen, Ottonem dictum Roede, Daniëlem dictum Strael et Johannem dictum Ruwe, opidanos Bruxellenses, quatenus vice et nomine eorumdem tanquam testes in hujusmodi conventionibus concordandis vocati presentes literas sigillis suis propriis una cum signo mei notarii subscripti sigillarent in testimonium veritatis omnium premissorum.

Et nos Everardus Wassaert, Johannes Van den Payhuyse senior, Henricus dictus Ansem, Henricus Craenhals, Gerardus de Zone, Ludovicus filius quondam Anthonii campsoris, Henricus Uselen, Otto dictus Roede, Daniël dictus Strael

et Johannes dictus Ruwe, testes prenominati, qui dicti parochiani omnes et singulas conventiones suprascriptas in nostra presentia, de eorum scitu et bona voluntate recognoverunt esse factas, promiseruntque easdem imperpetuum inconcussas firmiter observare et facere observari. Nos ad instantiam et requestam ipsorum suburbanorum, qui propriis sigillis carent, et nomine et vice eorundem presentes literas sigillis propriis una cum signo notarii subscripti duximus sigillandas. Datum et actum in capella nova dicti suburbii sub anno, indictione, die, mense et pontificatu predictis, presentibus ibidem honestis viris et discretis dominis Amelrico dicto Stocke, Johanne dicto Hertoghe, Daniële de Wedem, presbiteris, Johanne de Buseghem, Everardo 't Serclaes[1] ac aliis pluribus testibus supradictis, opidanis Bruxellensibus, Cameracensis diocesis, ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Archives de l'église de Sainte-Gudule, à Bruxelles.

[1]) C'est l'intrépide échevin de Bruxelles, assassiné traîtreusement par le fils et le bailli du seigneur de Gaesbeek, le 26 mars 1388.

NOTICE SUR LA GÉOGRAPHIE ECCLÉSIASTIQUE

DE LA BELGIQUE

AVANT L'ÉRECTION DES NOUVEAUX ÉVÊCHÉS AU SEIZIÈME SIÈCLE[1].

CHAPITRE III.

POUILLÉ DU DIOCÈSE DE LIÉGE (1558).

ARTICLE VI.

ARCHIDIACONÉ DU BRABANT.

§ 1. DOYENNÉ DE LÉAU. — BENEFICIA CONCILII LEWENSIS.

Ast, ecclesia sive capella. *Ast, sous Gossoncourt.*

Altare Genovefe et Gertrudis.

Attenhoven, ecclesia. *Attenhoven.*

Altare Katherine. — A. Nicolai. — A. Omnium Sanctorum et Georgii. — A. Marie. — A. Trinitatis. — A. Marie confraternitatis. — Matricularia perpetua. — A. Martini et Marie. — A. Georgii. — A. Marie et Georgii.

Busci, ecclesia, capella Marie. *Bosch* (*Heelenbosch*).

Altare Johannis Baptiste et Katherine.

Bouchoven, ecclesia sive Budechoven. *Boyenhoven.*

Matricularia. — A. Marie.

Bienkvelt, ecclesia. *Bindervelt.*

Altare Marie. — Matricularia.

Betze, ecclesia. *Geet-Betz.*

Altare s. Spiritus. — A. Catherine. — Matricularia. — A. Marie.

Burdinghen, ecclesia. *Budingen.*

Altare s. Nicolai. — A. Marie.

[1]) Suite. — Voyez tom. I, pages 9, 234 et 446.

Capella de Dimo[1] annalis.

Altare s. Ciriaci et Balinie. (Berlindis?)

Beerbroch, ecclesia. *Berbroek.*

Altare Judoci et Catherine.

Cortenaken, ecclesia. *Cortenaeken.*

Altare s. Spiritus. — A. Marie. — Matricularia.

Doermael inferior, ecclesia[2]. *Dormael.*

Altare in Doermael. — A. Marie.

Capella nova b. Marie[3].

Durasse, capella. *Duras, sous Wilderen.*

Dieste, ecclesia Beghinarum. *Béguinage de Diest.*

Altare Catherine et Judoci. — A. s. Crucis. — A. s. Leonardi. — Infirmaria.

Donck, ecclesia. *Donck.*

Altare Nicolai. — A. Marie. — A. Crucis. — A. Katherine. — A. Marie novum.

Capella de Velpen. *Velpen, sous Haelen.*

Capella de Renroede. *Reynrode, sous Haelen.*

Altare Marie et Johannis novum. — A. Marie Magdalene, Johannis Ewangeliste et Baptiste. — Matricularia.

Capella de Halbeeck, v. vi.

Dyest, ecclesia sancti Sulpitii. *Diest.*

Altare Magdalene. — A. Genovefe primum. — A. Gudule primum. — A. Philippi et Jacobi. — A. Agathe. — A. s. Spiritus. — A. Trium Regum. — A. Michaëlis et Andree. — A. Pauli, Servatii et Martini.

Hospitale.

Altare s. Eligii. — A. s. Nicolai. — A. s. Nicolai in sancto Sul-

gnum est, ut in agro dominico laborantibus stipendia provideantur habundanter, ne hospitalitate, ad quam tenentur, et aliis expensis, que semper crescunt, pregravati pro tenuitate beneficii extendere manus ad illicita compellantur; cum igitur novam ecclesiam, que, exigente necessitate, a nobis constructa est in loco, qui dicitur Novum Rollarium dotare velimus sufficienter, ut nos, qui facere debemus et docere, aliis patronis exemplum demus sacerdotibus suis providendi, sicut decet, habundanter, ordinamus, ut sacerdos de cetero instituendus in dicta ecclesia habeat libere et quiete tertiam garbam decimarum provenientium ex terris contentis infra dominium Gossuini de Rollario, oppidani Gandensis, que sunt centum et septuaginta bonaria terre, et similiter tertiam partem minutarum decimarum. Dictus autem sacerdos solus percipiet oblationes, visitationes cum aliis, que ex devotione fidelium eidem conferentur. Si autem dicte decime predictarum terrarum, tempore procedente, amplius quam sexaginta libros valuerint annuatim, de denariis ultra sexaginta libros provenientibus nos vel episcopus Tornacensis, qui pro tempore fuerit, poterimus pro nostra voluntate libere disponere ac ordinare. De terris autem aliis extra dominium dicti Gossuini jacentibus, quas forte in posterum dicte parochie continget applicari, nullam partem habebit in decimis majoribus. Obventiones tamen provenientes ex oblationibus et aliis consimilibus ab hominibus dictas terras inhabitantibus, ut prius, integre percipiet sacerdos dicti loci, sexaginta etiam solidos annui redditus de redditibus centum solidorum ex duodecim bonariis terre collatis ab illustri domina Margarete, Flandrie et Haynonie comitissa, ecclesie predicte, et custos reliquos quadraginta solidos, habebunt in perpetuum, nec ad alios usus dicti redditus poterunt applicari. Ut autem hec firma et inconcussa permaneant, presentes litteras dedimus sigillo nostro roboratas. Datum anno Domini, Brugis, m° cc° xl septimo in vigilia Annuntiationis Dominice.

Cartulaire n. 51, fol. 24 r°, aux Archives du Royaume.

CONDITIONS D'ADMISSION DICTÉES PAR LE CHAPITRE DE SAINTE-GUDULE AUX RELIGIEUSES DU BÉGUINAGE DE BRUXELLES.

D'après Van Gestel, les premières béguines se fixèrent à Bruxelles, vers l'année 1230. D'autres prétendent qu'elles ne s'y établirent que quelques années plus tard. Tous cependant considèrent comme fondateur du béguinage, Renier de Breedtyken, curé de Molenbeek, mort le 15 février 1257.

La nomination du recteur du béguinage, ou le patronage, appartenait d'abord au chapitre de Sainte-Gudule. A la demande du duc de Brabant, le chapitre renonça à ce patronage, en 1275, en faveur de l'abbé de Saint-Bernard, près d'Anvers. Par suite de l'érection du diocèse d'Anvers, l'évêque de cette ville obtint le patronage en sa qualité d'abbé de Saint-Bernard. Lors de la séparation de l'abbaye avec la mense épiscopale, l'évêque d'Anvers retint le droit de patronage sur la cure du béguinage de Bruxelles.

Le document que nous publions, fixe les conditions auxquelles le chapitre de Sainte-Gudule accorda définitivement aux béguines la permission de résider à Bruxelles.

Avril et octobre 1252.

NICHOLAUS, Dei gratia Cameracensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Noverit vestra universitas, quod nos litteras dilectorum filiorum G., decani, totiusque capituli beate Gudile in Bruxella vidimus subjectam seriem continentes : Universis presentes litteras inspecturis G., decanus, totumque capitulum beate Gudile in Bruxella, salutem in Eo, cujus essentia non noverit preteritum vel futurum. Cum de nostra ac ple-

bani Bruxellensis, necnon et presbyteri parochialis de Molenbeca communi licentia et consensu becghine dictam parochiam de Molenbeca in loco scilicet, qui *vinea* nuncupatur, intraverint, et in ea residentiam faciant ad manendum, nos sancti Spiritus lege ducti et proborum virorum usi consilio, ne quid litis aut discordie inter nos ex una parte, et ipsas ex altera in posterum oriatur, cessantibus omnibus aliis conditionibus seu conventionibus hactenus habitis, compositionem cum eis et pacem inivimus, quam perpetuo volumus observari sub hac forma; videlicet : Ut eedem becghine a predicta parochia de Molenbeca absolute in propria ecclesia proprios sacerdotes habeant. Et pro omnibus oblationibus totius anni debent singule becghine singulis annis duos denarios, quorum due partes capitulo nostro, tertia vero presbytero de Molenbeca cedet, medietatem in crastino pasche, medietatem in crastino Natalis Domini persolvendos. Dictos vero denarios magister Reinerus ejus successor cum magistra conventus fideliter colligent, et ab unaquaque becghina recipient, et dictos denarios per certum nuncium et sub certo numero ad nostrum capitulum transmittent diebus prenotatis, modo predicto inter nos et dictum presbyterum de Molenbeca distribuendos. Ac per hoc licitum erit predictarum becghinarum sacerdotibus omnes oblationes ad manus suas venientes, in augmentum suorum beneficiorum libere recipere ac etiam retinere; dictis quoque becghinis apud se suos mortuos sepelire. Si qui vero de nostris parochianis vel de transeuntibus hospitibus vel peregrinis, quibus sacramenta ecclesiastica ministramus, ob devotionem aliquam in dicto loco suam elegerint sepultûram, aut si qua mulier, nostra existens parochiana, infirmitate detenta ad locum predictum se fecerit deportare, et de hujus infirmitate minime convalescens ibidem moriatur, hujusmodi defunctos non recipient ad sepulturam in dicto loco, nisi prius a nobis licentia petita et obtenta. Preterea ne disciplina religionis earum per ministros inutiles veniat in con-

temptum, ad nos spectabit ipsis in sacerdotibus providere, qui sint honeste fame et bone conversationis, ibidem temporaliter sive perpetualiter servituris, qui confessiones earum audiant, ecclesiastica sacramenta ministrent, et cetera, que requirit sollicitudo sacerdotalis, exerceant circa ipsas. Volumus tamen, quod magister Reinerus, primarius capellanus, et ejus successores inter sacerdotes semper habeantur precipui, et earum curam gerant; qui in divinis predicent et, si qua sint indicenda, indicant, et horas canonicas cantent cum majori missa, nisi cum hoc aliis decreverint injungendum. Siquidem, si, favente gratia divina, contigerit ibidem cultum divinum ampliari, crescente numero servitorum, predicte beeghine tenebuntur universis et singulis eorum in beneficio providere; itaque nullo umquam tempore ad provisionem eorum seu augmentum suorum beneficiorum aliquatinus erimus obligati, nec sub pretextu alicujus defectus quicquam a nobis exigere poterunt pro prebenda. Sigillis itaque nostri capituli et plebani Bruxellensis, necnon et presbyteri de Moleubeca presentem paginam communitam contulimus predictis beeghinabus ad perpetuam firmitatem et memoriam premissorum. Datum anno Domini m. cc. quinquagesimo secundo, mense aprili. — Nos igitur predictam compositionem pie ac provide factam benigno favore prosequuti ratam habentes, auctoritate pontificali confirmamus, sub interminatione anathematis precipientes inviolabiliter observari. Datum anno Domini m. cc. quinquagesimo secundo, mense octobri.

Original, muni d'un fragment du sceau de l'évêque, aux Archives de l'église de Sainte-Gudule, à Bruxelles.

L'Écolatre de Bruxelles renonce a toute prétention sur les dîmes de Melsbroeck.

L'église de Melsbroeck fut incorporée, en 1134, au chapitre de Sainte-Gudule, à Bruxelles, par Liétard, évêque de Cambrai. Avant 1559, la paroisse de Melsbroeck, ressortissait à l'évêché de Cambrai et au décanat de Bruxelles. Depuis cette époque, elle a fait partie, d'abord du décanat rural de Malines, puis de celui de Vilvorde. Son église, dédiée à saint Martin, paraît n'avoir eu anciennement que le rang de quarte-chapelle, puisque le doyen de la chrétienté y prélevait une partie du droit cathédratique[1].

Le chapitre de Sainte-Gudule eut plusieurs contestations concernant les dîmes de Melsbroeck. Par l'acte suivant, l'écolâtre de Bruxelles renonce aux droits qu'il prétendait avoir sur ces dîmes.

29 décembre 1256.

Universis christifidelibus presentes litteras inspecturis, Godefridus, scolasticus Bruxellensis, salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, quod cum nos arrestari procuravimus decimam de Meldebroc decani et capituli Bruxellensis, quam ad vitam suam tenebat Meinardus, presbyter de Molenbeke, bone memorie, et magister Johannes de Cockelberghe adhuc tenet, nos recognoscentes nullum jus nos habere in eadem decima, eo quod esset redempta de manu aliena a dictis decano et capitulo, quicquid tamen juris in eadem decima reclamare possemus, in posterum quitum clamavimus et renuntiavimus libere et absolute. Et ad observandam gra-

[1]) Voyez *Analectes*, I, p. 147; et Wauters, *Histoire des environs de Bruxelles*, III, p. 123.

tiam et amicitiam dicti capituli, sacramento fidei nostre interposito, promisimus, quod super eadem decima de cetero litem non movebimus, nec ipsum capitulum vel aliquem ex parte ipsius de cetero molestabimus, et hoc sub ejusdem fidei prestita firmitate. Interfuerunt autem huic recognitioni nostre et renuntiationi in choro beate Gudile canonici majores et etiam novi, videlicet : decanus, cantor, Gosuinus plebanus, Henricus de Platea, Henricus de Corenbeke, Henricus Godini, Johannes Lise, Hawelus, Egidius capellanus, Gerardus subplebanus, Walterus de Quackelberge, magister Henricus et Gosuinus. Interfuerunt etiam dominus Gosuinus de Sarontines miles, frater suus, et Michaël de Hugenhoven et alii quamplures. Ut autem hec predicta omnia inviolabiliter observentur, presentes litteras sigillari fecimus in testimonium et robur sigillis domni Reineri, decani christianitatis Bruxellensis, et domni Wilhelmi, notarii domni ducis, canonici Lovaniensis et Mechliniensis. Datum anno Domini m. cc. l sexto, feria sexta ante circumcisionem Domini.

Original, avec le sceau ovale, en cire jaune, du doyen de la chrétienté de Bruxelles, portant au milieu la façade d'une église romane avec la légende : † S. REINERI DÈCANI XRIANIT IN BRUX., et un fragment du deuxième sceau en cire rouge, aux Archives de l'église de Sainte-Gudule, à Bruxelles.

Le chapitre de l'église de Sainte-Gudule, a Bruxelles, fixe une taxe a payer par les néomystes.

27 avril 1269.

Universis presentes litteras inspecturis J., decanus, et totum capitulum ecclesie beate Gudile Bruxellensis salutem in Domino. Pro utilitate ecclesie nostre communiter duximus statuendum presbyterum aliquem foraneum in ecclesia nostra missam primam celebrare non debere, nisi viginti solidos

Bruxellenses fabrice ecclesie nostre primitus ab ipso persolutis. Et ut hec in posterum sine reclamatione observentur, sigillum capituli nostri litteris presentibus est appensum. Actum anno Domini m. cc. lx nono, sabbato post festum beati Marchi Ewangeliste.

Original, avec le sceau du chapitre, aux Archives de l'église de Sainte-Gudule, à Bruxelles.

Translation de l'anniversaire de la dédicace de l'église de Sainte-Gudule.

20 septembre 1270.

Nicholaus, Dei gratia Cameracensis episcopus, universis presentes litteras visuris salutem in Domino sempiternam. Cum in ecclesia beate Ghudile Bruxellensis hactenus consuetum fuerit celebrationem dedicationis ejusdem ecclesie in die exaltationis sancte Crucis annis singulis celebrasse, ob cujus dedicationis celebrationem dicte festivitatis exaltationis sancte Crucis celebratio minus debite Domino reddebatur, nos utramque festivitatem cupientes acceptam reddi Domino, prout decet, placet nobis et volumus, ac auctoritate pontificalis officii statuimus et ordinamus, quatinus dicte dedicationis celebratio de cetero annis singulis dominica post octavam nativitatis beate Virginis fiat, et ejusdem celebretur officium in ecclesia memorata, ut sic utraque festivitas celebretur debite ad laudem Domini gratiosa. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini m. cc. lxx, sabbato post festum exaltationis sancte Crucis.

Original, avec fragments du sceau et contrescel de l'évêque, aux Archives de l'église de Sainte-Gudule, à Bruxelles.

Goswin, seigneur de Roulers, renonce, en faveur de l'évêque de Tournai, au droit qu'il pourrait avoir au patronage de l'église de cet endroit.

14 septembre 1275.

Reverendo patri ac domino Johanni, Dei gratia Tornacensi episcopo, Gossuinus, opidanus Gandensis ac dominus de Rolario, cum omni subjectione salutem. Noverit vestra paternitas reverenda, quod nos omni juri, quod habemus in collatione ecclesie de Rolario, plene ac libere renunciamus, et quicquid juris habemus imperpetuum in vos transferimus super collatione ecclesie memorate, sine reclamatione nostra vel nostrorum heredum. Consentimus etiam collationi dicte ecclesie facte Sigero dicto Hoefsclaken, clerico, latori presentium, a vestra reverenda paternitate. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno Domini m. cc. lxx quinto, in die exaltationis sancte Crucis.

Cartulaire de Tournai, nº 53, fol. 15 rº, aux Archives du Royaume.

Nomination d'un curé a Commines.

11 octobre 1287.

Michael[1], Dei gratia Tornacensis episcopus, Henricus, archidiaconus et officialis Tornacensis, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverint universi, quod in nostra presentia propter hoc personaliter constitutus Jacobus, dictus Albus, in ecclesia Comminensi beneficiatus, nobis humiliter supplicavit, ut ex gratia speciali et dono sin-

[1]) Dans le cartulaire, l'acte commence de la manière suivante : *J., Dei gratia Tornacensis episcopus.* Il y a là évidemment une erreur de copiste, puisque Michel de Warenghien a occupé le siége de Tournai de 1282 à 1291.

gulari committere vellemus eidem vices nostras in dicta ecclesia Comminensí, et quod gauderet fructibus, quos vices nostras in dicta ecclesia Comminensi gerentes aliquando ibidem percipere consueverunt. Nos itaque episcopus prefatus, qui affectionem ergo dictum Jacobum gerimus specialem, de ipsius fidelitate et industria confidentes et ex gratia speciali eidem committimus vices nostras in ecclesia antedicta, fructusque, qui aliquando consueverunt vices nostras gerentibus assignari ex gratia, ex eadem speciali gratia concedentes eidem, donec vices nostras duxerimus revocandas, salvo tamen quod, si nos episcopus predictus invenerimus dictum Jacobum jus habere in premissis, eidem restituemus, prout nobis videbitur expedire. In quorum testimonium presentibus litteris ad instantiam et preces predicti Jacobi sigillum nostrum duximus apponendum. Et ego predictus Jacobus, predictis consentiens, confiteor me dictas vices et fructus ex gratia reeepisse speciali; et presentibus litteris in signum mei consensus sigillum meum cum sigillo reverendi patris et domini nostri, episcopi Tornacensis, ac virorum venerabilium archidiaconi et officialis predictorum appendi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo septimo, die sabbati post festum beati Dyonisii.

Cartulaire n. 52, fol. 1 vo, aux Archives du Royaume

Règles de la confrérie de Notre-Dame, érigée dans l'église de Saint-Jean-l'Evangéliste a Namur[1].

2 février 1327.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Cognute chose soit à tous chias ki

[1]) Ce document nous a été communiqué par M. J. Borgnet, conservateur des Archives de l'Etat à Namur. Il est mentionné par M. le chanoine Wilmet, dans sa *Notice sur la confrérie de l'Immaculée Conception à Namur*, p. 7.

sunt et ki avenier sunt que, par boune et vraie dévotion, et por plus attraire les cuers de chascun boin crestien à son salut, celi honerant qui est mère de grasce et fontaine de tote douchour, une ordinanche et une confraternitei est comenchié d'acunes persones, par foit et par sairiment, pour ferment tenir et à perpétuitei. Chest asavoir ke on doit chanteir en l'onour de Notre-Dame, tous les venredis del an vespres, et les semedis après ensuiwant messe au matin, solempnement, dévotement, ale paroche Saint-Johan-Ewangéliste de leis Saint-Albain de Namur et al ateil qui est dédiiés en l'oneur saint Jakème l'apostle, devant le ymage delle Vierge Marie, se on ne laissoit affaire le offisce de vespres et de messe sour les iours deseurdis par case de raison. Le quelle ordinanche et confraternitei est ordinée et faite en la manire qui s'ensiet : Asavoir est que alle offisce deseurdit, que on doit faire en l'oneur dele Mère Deu, doiuent iestre tout li prestres et li clerc qui seront en le dite confraternitei par le sairiment ke il y ont fait, u sour le paine de II deniers namurois monoie coursable de Namur à chascune heure, fuist de messe ou de vespres, dont il seroient défaillans, se loial esongne ne les empèche en si que il oseroient prende sour leur sairiment; et à ceste paine ou amende ne seront puit tenu li lai del dite confraternitei, se il ni welent faire leur amoune de grasce et de leur boune volenteit. Après, se acuns des confrères devenist prestres sour acune title et sans avoir bénéfisce de saint église, il donrat de son prestraige IV deniers monoie deseurdite; et se ensi estoit que il euilt bénéfisce qui vasist entre XV libres et XX, il deverat VI deniers. Et doiuent venir tout li confrères et sereus à ses premires vespres et messe, sour paine de IV deniers, se il les chante dedens le ville de Namur. Et après ce ke il arat dite sa messe, li conpaingnons prestres et clerc doient, I certain iour, de chanteir une messe dou Saint Esperit pour li, sour le paine de IIII deniers de chiaus ki y seront défaillans. Après, se nus de la confraternitei se mariaist ou fuist

estudians as écoles et cuist son congier en acune faculteir ou fuist aprouendeis de bénéfisce qui vausist XX libres ou plus, il deverat X deniers. Et doit-on dire pour li une messe de Notre-Dame à laquele qui y seroit défaillant sieroit à IIII deniers. Après, se acuns des confrères, fuist hons ou feme, trépasaist de ceste sicle, il deverat X deniers monoie deseurdite ou son melour warniment. Et as vigiles et à la messe dou mort, se ensi estoit que il morust à une liewe de Namur, deveront venir tout li frères et seur et offrir pour l'arme et demoreir à la messe deleis le cors tant que il soit entereis. Et doiuent li frères pourteir le cors à mostier et présenteir devant le ymarge del Mère Dieu et chanter une antierne et dire une orison pour l'arme de li, anchoies ke on comence le messe. Et doit-on encore leuweir IIII prestres ou clers à frais del confraternitei, ki le nuit après les vigiles diront deleis le cors I psatier de Notre-Dame ou paier IV deniers. Et tous ces bienfais deveront estre aemplit pour l'arme dedens les XXX iours après le mort. Encor s'ensi estoit ke acuns del confraternitei morust si poumres ke dou sien on ne posist ses exèques paier, li confraternitei le doit faire metre en terre honestement des biens le Mère Dieu et del confraternitei. Et encore se il morust hours dou paiis, on li deverat faire son service ou liu là li confraternitei est establie, aussi bien ke se li cors i fuist présens, et doiuent li amis paier dou sin le droit del confraternitei et y doiuent aussi iestre tout, sour teil paine que deseur est escrite. Et pour enciteir et somonre tous les frères et sereus et autre gens venir as vigiles et pour priier pour l'arme, on fera aleir acune persone tout aual le ville, a toute II cloketes, lesqueles il sounerat et amonestrat le mort, et tout cil qui priront pour l'arme, il seront parcinier de tous les bienfais ke on fera el dite confraternitei, soit es messe, en orison, en amounes ou autres bienfais. Et doiuent douneir li amis dou mort une candeilles pour ardoier devant le ymarge del Mère Deu. Après, est asavoir ke chascun an, le iour Notre-Dame del

Assuption, totes les persones del dite confraternitei doiuent mangier essamble, bellement et honestement, en liu honestre qui à ce serat déput eis, parmi ce que cascun paierat son escot. Et qui adit mangier ne venra, il paiera VIII deniers dont li IIII deniers iront ès nécessiteis del frarie, et les autres IIII deniers iront en aligement del escot. Les queis despens et frais entirement de boiure et de mangier deveront prende sour eauz et faire venir, parmi ce que bien les reprenderont à chascun en si que dit est. Li gouerneur del dite confraternitei che seront I doyens laiz, I prestrez et I clers, les queis on enlirat et renouelerat de an en an par comunateit, au mangier, le iour Notre-Dame deseurdit. Et cil III. goüerneur feront foit et sairement de bien et loiament au maintenir et à gouerner ledite confraternitei et les biens que il en rechiveront, de queis biens il feront conte loial devant les frères et suers, chascun an, quant on deverat les maistres renoueleir. Et tout ce que cil trois feront pour le meilleur et pour le commun profit del confraternitei, tenront li autres tout pour boin. Et se il avenoit, ke ià n'auegne, ke acun descors esmeust entre les frères et suers dele dite confrarie, che deveront li trois maistres, par le conseil des autres bois frères, apaisier à leur pooir et faire amendier celi qui sera troueis par droit et boine enqueste que plus ait meffait. Et s'il y at nulle amende, li maistres le douient prende et tourner auoieques les autres biens amoneis dele confraternitei, elle nécessitei dele confraternitei, pour adès multepliier les biens del Mère Deu. Et iusques à tant que li biens dele Mère Deu et delle confraternitei seront si multipliit et crut ke on porat estoreir et fondeir I capellain hirtable, qui le deseurdit seruice de Notre Dame et dele confraternitei faire et dire deuera, tous li prestres qui seront el dite confraternitei deuront dire par ordne, chascuñ à son iour, ou faire dire les messe de Notre-Dame et dele confraternitei deseurdite. Et tout cil qui aront déuotion de entreir elle dite confraternitei, pour avoir part

aus bienfais ke on y fera à lauywe de Notre-Singneur et as pardons qui y sont et que on, se Dieu plaist, y empetrat, douront I viez gros, se plus par boune dévotion ne voelent doneir pour les biens Notre-Dame ausourleveir et essachier. Et ne deuerat-on nullui rechivoir se ce n'est par le conseil des maistres proviseur del dite confraternitei. Et quicunques elle dite confraternitei entera, se il en wet issir, il paira XII deniers, ou il y doit demoreir loiament, par sa foit créantée et par son sairement, jusques à tant que yra de vie à mort, là où Notre-Dame le welle rapleger et conduire à la joie parmanable à laquelle nos welle mener li Père et li Filz et li Sains Esperis. Amen.

Et tote che chose deseur dite furne faites et concédée en l'an de grasce M. C C C. XXVII, le jour del Chandeleur. S. PH. LINAR.

Original sur parchemin, quatre sceaux enlevés; aux Archives de l'Etat à Namur.

QUELQUES MOTS SUR L'ORIGINE DE L'ÉGLISE DE NOTRE-DAME DU SABLON, A BRUXELLES. — CONVENTION ENTRE LE CHAPITRE DE SAINTE-GUDULE ET LE SERMENT DES ARBALÉTRIERS DE BRUXELLES, RÉGLANT LEURS DROITS RESPECTIFS DANS LA CHAPELLE DE NOTRE-DAME, AU SABLON.

D'après une tradition constante, l'église du Sablon aurait été élevée par Jean I, duc de Brabant, en mémoire de la célèbre bataille de Woeringen, livrée le 5 juin 1288. L'abbé Tiron, le premier, a contesté l'autorité de cette tradition, et prouvé par un document irrécusable, que le terrain pour bâtir l'église du Sablon ne fut cédé aux arbalétriers de Bruxelles qu'au mois d'Avril 1304, environ seize ans après la

glorieuse journée de Woeringen[1]. Ce terrain situé en dehors, mais à proximité des anciens remparts de la ville, appartenait aux religieux et aux religieuses de l'hôpital Saint-Jean ; il faisait partie du nouveau cimetière que cette communauté avait établi en 1299. Tous ces faits sont bien certains; cependant ils ne détruisent pas la tradition qui affirme que l'église fut construite en mémoire de la bataille de Woeringen. En effet, de ce que l'église n'a été commencée que quelques années plus tard, on ne peut pas conclure que les arbalétriers de Bruxelles, en la faisant bâtir, n'avaient plus l'intention de perpétuer le souvenir de la victoire de Woeringen. A cette époque, comme aujourd'hui encore, il n'était pas toujours facile de mettre immédiatement à exécution une résolution aussi importante. L'église même du Sablon nous en fournit un exemple. Commencée dans la première moitié du quatorzième siècle, elle ne fut achevée que vers la fin du siècle suivant[2], bien que tous nos souverains se soient montrés très-favorables à sa construction.

„ En 1348, l'institution de l'*Ommegang* vint augmenter l'importance de la gilde du Sablon. L'*Ommegang* était une procession solennelle où figuraient tous les corps civils et religieux de la cité. Célébrée tous les ans le dimanche de la Pentecôte[3], elle rappelait le souvenir de la glorieuse bataille de Woeringen[4]. „ L'opinion qui attribue à la victoire du

[1]) *Bulletins de l'Académie Royale de Bruxelles*, année 1838, p. 77.

[2]) Wauters et Henne, *Histoire de Bruxelles*, III, p. 405.

[3]) Lisez : *le dimanche avant la Pentecôte.*

[4]) Wauters, *Notice historique sur les anciens serments*. Brux. 1848, p. 5.

duc Jean l'origine de l'église du Sablon, est partagée par le plus érudit de nos anciens historiographes, Aubert Le Mire, dans ses *Fasti Belgici et Burgundici* (p. 284) et par Willems, un de nos plus savants historiens modernes, dans les notes dont il a enrichi la *Chronique de Jean Van Heelu,* publiée par ses soins. Après avoir rapporté la joie que le triomphe remporté par le duc causa aux habitants de Cologne, Willems s'exprime en ces termes : « De leur côté, les habitants de Bruxelles ne fêtèrent pas moins le jour qui avait décidé la conquête du Limbourg. Ils bâtirent en commémoration, une église dédiée à Notre-Dame des Victoires, sur la place du grand Sablon ; et tous les ans, vers la Pentecôte, il y eut une procession solennelle et une cavalcade dite *Ommeganck*, qui se promenait par la ville avec des chars de triomphe. Une chapelle fut fondée dans l'église de Sainte-Gudule en l'honneur des Trois-Rois dont on vénère les reliques à Cologne, et que le duc Jean avait invoqués durant l'action, avec distribution annuelle de certaine somme d'argent aux pauvres le jour même de la Saint-Boniface. Mais c'était surtout aux fêtes séculaires, que le peuple de la capitale du Brabant célébrait cette grande victoire avec le plus de magnificence. Des jubilés eurent lieu jusqu'en 1738[1]. »

Quelques auteurs, s'appuyant principalement sur une chronique manuscrite du couvent de Bethléhem, près de Louvain, attribuent l'origine de la procession annuelle du Sablon à un événement d'une

[1]) *Chronique en vers de Jean Van Heelu*. Brux. 1836, in 4°, p. XLV.

toute autre nature. Rosweydus, croyons-nous, le premier a défendu cette opinion dans son *Histoire ecclésiastique des Pays-Bas*[1]. L'abbé de Tongerloo, Augustin Wichmans, l'a rendue populaire en l'adoptant dans sa *Brabantia Mariana*. Sanderus et quelques autres l'ont également suivie. Voici, en peu de mots, comment ils racontent cette origine : Une femme pieuse d'Anvers, appelée Béatrice Soetkens, eut une vision céleste pendant laquelle la Sainte-Vierge lui ordonna d'enlever de l'église collégiale de Notre-Dame, la statue miraculeuse vénérée sous le nom de *Onze-Lieve-Vrouw-op't-Staekske*. Elle exécuta cet ordre vers le soir, au moment où le sacristain allait fermer l'église. Celui-ci, ayant aperçu la voleuse, voulut s'en emparer; mais au même moment il fut frappé d'immobilité, et Béatrice parvint à s'échapper; elle s'élança sur un bâteau qui, par sa marche rapide, devançant les autres navires, la transporta bientôt à Bruxelles, où elle fut reçue aux acclamations de tous les habitants. La statue miraculeuse fut portée processionnellement à l'église du Sablon. Le duc de Brabant, Jean III, son fils Henri, le magistrat de Bruxelles, les nations et les arbalétriers firent parti du cortége.

Il nous paraît certain que cette légende est dénuée de fondement. Aucun historien contemporain ne parle de ce fait. Nous n'en trouvons aucune trace dans les anciennes archives d'Anvers ou de Bruxelles. La célèbre statue de la cathédrale a continué d'y être vénérée après comme avant cette époque. Diercxens,

[1]) *Kerkelyke historie van Nederlandt*. Antw. 1623, in fol. p. 156.

le plus judicieux des historiens d'Anvers, le prouve péremptoirement. Enfin, Miraeus, qui demeurait au Sablon lors de son deuxième séjour à Bruxelles (1615-1624) n'en fait aucune mention ; et cependant, dans l'ouvrage cité, il parle à deux reprises de l'église du Sablon : d'abord sous la date du 16 février, où il nous fait connaître que les reliques de sainte Julienne y étaient conservées ; ensuite, au 5 juin, lorsqu'il nous parle de la procession du Sablon, qu'il dit avoir été instituée en mémoire de la bataille de Woeringen. Cependant nous ne sommes pas éloignés de croire que la statue miraculeuse de la Vierge, a été d'abord vénérée dans quelque église ou chapelle d'Anvers ou des environs, et que, par suite de la démolition ou de l'abandon de la chapelle ou église, le magistrat et les arbalétriers de Bruxelles ont obtenu de l'autorité ecclésiastique la permission de la transférer à l'église du Sablon, à Bruxelles.

Le document suivant est intéressant sous plus d'un rapport. Il nous prouve qu'en 1366, l'église du Sablon était inachevée et que la procession annuelle était organisée par les arbalétriers.

12 janvier 1366.

Universis presentes litteras visuris et audituris WENCHELAUS, Dei gratia dux, et JOHANNA, eadem gratia ducissa Luchemburgenses, Lotharingie, Brabantie et Limburgi, ac sacri Romani imperii marchiones, salutem in Domino. Notum facimus tenore presentium, quod cum discordia jam diu fuisset et materia questionis inter dilectos nostros capitulum ecclesie nostre beate Gudile Bruxellensis, ex una

parte, et magistros balistariorum et ipsos balistarios ac societatem ipsorum Bruxellensium, ex altera, super quibusdam juribus, que dictum capitulum sibi competere allegabat in capella beate Marie supra Zabulum, infra parochiam sancte Gudile et patronatum ejusdem capituli situata, in qua capella dicti balistarii et societas ipsorum ad divina officia audienda congregari consueverit, et cujus capelle fabrice et augmentationi solerter intendunt, necnon super quibusdam aliis, de quibus inferius mentio plenius continetur, tandem, nobis et aliis providis viris mediantibus, concordiam inierunt sub hac forma, videlicet : quod plenum jus parochiale in dicta capella et in cemiterio ejusdem, tam in oblationibus ad altaria ac in funeralibus illorum corporum mortuorum, qui ibidem elegerunt sepeliri, quam aliis omnibus ad jus parochiale spectantibus, dicto capitulo competat et eidem conservandum est et semper erit integraliter et sine fraude, hoc tamen excepto, quod si super corpus alicujus defuncti artificis ponatur pannus communis seu artificii, illum permittet capitulum libere reportari, salvo tamen quod in hoc fraus sive dolus non committatur, et prout hactenus consuetum fuit de hujusmodi panno in ecclesia beate Gudile memorata; etiam et quod nulli ibidem poterunt sepeliri, nisi elegerint sepulturam, preter defunctorum corpora hospitalis sancti Johannis Baptiste Bruxellensis; item et quod nulla alia parochialia ibidem possint exerceri, nisi de licentia ejusdem capituli ad hoc petita et obtenta. Illa autem, que dantur ad fabricam vel alios pios usus in dicta capella faciendos, ibidem remaneant ad augmentationem et utilitatem capelle prefate applicanda. Insuper poterunt in campanili dicte capelle esse plures campane et ibidem solempniter pulsari temporibus et horis debitis et oportunis. Poterunt etiam in dicta capella in omnibus altaribus alta et submissa voce divina officia celebrari et aqua benedicta fieri et Corpus Dominicum in honesto loco conservari, et, si necessitas forsan

occurrerit, fidelibus ministrari, jure religiosi viri domini prepositi ecclesie sancti Jacobi de Frigidomonte in Bruxella semper salvo, cui nolumus in aliquo prejudiciari. Salvo tamen quod ignoti et extranei presbiteri non poterunt ibidem celebrare, nisi supradicto capitulo fuerunt presentati et ab ipso approbati.

Et quando dicti balistarii habebunt processionem suam cum ymagine beate Marie semel in anno, ipsum capitulum debet ad dictam capellam mittere vexilla crucis processionabiliter cum pueris chori et aliquibus capellanis; et poterunt ire omnes capellani et etiam canonici, si velint, cum processione; qui in processione balistariorum predicta debent circuire processionaliter, ut est moris. Fabrica vero dicte capelle debet solvere perpetuis temporibus supradicto capitulo annuum redditum octo florenorum aureorum de Florentia bonorum et legalium, aut valorem eorumdem in alia bona et legali moneta, mediatim in festo beati Johannis Baptiste et mediatim in Natali Domini, singulis annis, ut premittitur, persolvendum.

Quam concordiam nos gaudentes amplectimur, laudantes et approbantes eandem et volentes quod imperpetuum firmiter observetur, promittentes pro nobis et successoribus nostris prelibatos balistarios et societatem ipsorum, si forsitan in premissis contraire vellent, compellere ad premissa omnia et singula observanda dicto capitulo bona fide, fraude dolo et quibuscumque cavillationibus penitus exclusis. In quorum testimonium et ut robur premissa obtineant imperpetuum, presentibus litteris sigilla nostra una cum sigillis capituli et opidi predictorum duximus apponenda.

Et nos capitulum ecclesie beate Gudile predictum, necnon scabini, jurati, consilium, totaque communitas ejusdem ville Bruxellensis premissa omnia recognoscimus et confitemur, prout supra scriptum est, esse tractata et concordata; et ea promittimus bona fide servare et facere observari. In quorum

testimonium et munimen sigilla nostra una cum sigillis illustrium principum et metuendorum dominorum nostrorum, dominorum ducum predictorum, presentibus sunt appensa. Datum et actum Bruxelle, duodecima mensis januarii, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto.

Original sur parchemin, avec les sceaux de Wenceslas et de Jeanne, en cire jaune, du chapitre et de la ville de Bruxelles, en cire verte, aux Archives de l'église de Sainte-Gudule, à Bruxelles.

Statuts du chapitre de Notre-Dame, a Namur.

Le chapitre de Notre-Dame de Namur était très-ancien. Quelques auteurs en font remonter l'origine au commencement du huitième siècle, et en attribuent la fondation à S. Ode, tante de S. Hubert (Voyez la *Gallia christiana*, III, p. 581). D'autres la fixent au neuvième siècle.

La collégiale de Notre-Dame était située dans la rue de Notre-Dame, au pied du château, et renfermait une très-belle crypte. L'église a été démolie au commencement de ce siècle, et remplacée par des habitations particulières. Le siége de la paroisse de Notre-Dame a été transféré à l'ancienne église des Récollets.

Les statuts que nous publions, sont pleins d'intérêt; ils nous font connaître la manière de vivre des chanoines au quinzième siècle. Plusieurs articles de ces statuts ont une grande analogie avec ceux des *Statuta generalia ecclesiarum collegiatarum cleri secundarii Leodiensis, tam interni quam externi*,

reproduits par MANIGART, *Praxis pastorum*, III, p. 303.

Nos lecteurs nous permettront, sans aucun doute, de témoigner publiquement notre gratitude à M. le chanoine Wilmet, professeur au grand séminaire, à Namur, qui nous a fait connaître l'existence du document que nous publions; à M. Borgnet, conservateur des Archives de l'Etat à Namur, qui nous l'a communiqué avec la plus grande bienveillance; et à M. Barbier, vicaire à Namur, qui a bien voulu nous en envoyer la copie.

4 octobre 1420.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Sequuntur reformationes statutorum antiquorum ecclesie beate Marie Namurcensis, Leodiensis diocesis, diversis annis et temporibus per nostros predecessores prepositum, decanum et capitulum ejusdem ecclesie in suis capitulis generalibus editorum, unacum quibusdam aliis additionibus, que nobis decano et capitulo ejusdem ecclesie tunc residentibus videntur ad augmentum cultus divini et honorem ecclesie ordinandis[1], facte, reformate et ordinate in nostro generali capitulo, nobis omnibus ibidem more solito congregatis, sub anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo, mensis octobris feria sexta post Remigii, que fuit quarta ejusdem mensis.

1. *De diligentia frequentandi ecclesiam et correctione negligentium.*

Primo statuimus et ordinamus, ut canonici et capellani ac omnes in ipsa ecclesia beneficiati diligenter frequentent ecclesiam et horis omnibus, precipue matutinis, misse et vesperis, intersint. Qui vero ecclesiam ipsam negligentes

[1]) Lisez : *ordinande.*

fuerint frequentare, per decanum et capitulum secundum majorem et minorem hujusmodi negligentie frequentiam corrigantur.

Et qui[1] locus orationis non negotiationis esse debeat ecclesia, et ad orandum ibidem non negotiandum et confabulandum, christifideles debent convenire et etiam conveniunt, attendant provide tam canonici quam capellani et alii beneficiati, ut omnes circa divinum officium sint intenti, horas canonicas tractim et spatiose legant, non per se, sed cum choro, cum moderatione competenti versiculos psalmorum, non sincopando, sed perfecte et distincte cum tono debito decantando, prout diei et festi qualitas exegerit.

In cantu similiter modeste se habeant, prout solemnitas festi vel diei postulabit. Legat unusquisque, cantet et antiphonas seu psalmos incipiat ad mandatum vel injunctionem chorum custodientium. Ipsi autem chorum custodientes sic studeant tempore debito cantum et lecturam committere, quod hii, quibus cantum commiserint vel lecturam, lectionem ipsam sive cantum sibi commissum valeant competenter providere.

Caveant autem tam canonici quam alii beneficiati, ut in premissis custodientibus chorum humiliter obediant; alioquin rebelles in hiis arbitrio decani et capituli puniantur.

2. *Quod canonici et capellani debent dicere tam horas canonicas quam de beata Virgine, et non facientium pena.*

Statuimus insuper et ordinamus, ut omnes et singuli, tam canonici quam alii beneficiati ipsius ecclesie, habentes semper pre oculis, quod propter officium datur beneficium, humiliter et devote cotidie horas suas legant, nedum canonicas sed etiam de beata Virgine Maria. Qui vero, impedimento cessante legitimo, horas non legerint hujusmodi, seu eas legere non valentes per alium legere non fecerint,

[1] Lisez : *quia.*

de quo fidem facere tenebuntur decano, per decanum prius charitative moneantur; et si animo indurato perseveraverint, quod absit, ex tunc decanus et capitulum suis in expensis per aliquem ydoneum legi faciant, omni dolo cessante; et si ulterius quis perseveraverit, non minus teneatur ad predicta, et decreto decani et capituli debite puniatur.

3. *Ne canonici vel alii beneficiati vadant per ecclesiam absque habitu in decani aut canonicorum presentia tempore divinorum.*

Inhibemus insuper omnibus, tam canonicis quam capellanis et aliis beneficiatis et officiatis, tam absentibus quam residentibus, ne de cetero per ecclesiam tempore divinorum in decani aut canonicorum aspectibus absque habitu religionis sive superpliciis incedant, illis horis maxime quibus in choro officia divina celebrantur, sive hore quelibet decantentur vel leguntur[1]. Et qui secus egerint, per decanum primo charitative increpentur; et si ulterius fecerint, arbitrio decani et capituli debite puniantur.

4. *Quod ordinarium ecclesie Leodiensis teneatur.*

Ceterum, quia non decet a capite membra discedere, statuimus et ordinamus, quod in prefata nostra ecclesia officium divinum dirigetur, cantetur et legatur sequendo ordinarium ecclesie Leodiensis, prout proprius et melius fieri poterit; quodque aliquis per decanum et capitulum committendus scribat in papiro ordinem totius hebdomade quoad horas dicendas, et diebus sabbatis scripturam affigat in loco consueto, ut unusquisque circa horas suas dicendas certius et plenius instruatur; inhibentes ne aliquis prefatam ordi-

[1]) *Decantentur* est au subjonctif, tandis que *leguntur* se trouve à l'indicatif. Cette discordance de mode entre les verbes d'une même phrase se rencontre quelquefois dans le document. Nous reproduisons fidèlement le texte original.

nationem quoquo modo presumat perturbare aut infringere. Qui vero contrarium egerit, arbitrio decani et capituli debite puniatur. Volumus autem persone ad hoc deputande de competenti salario provideri.

5. *De custodia chori ac officio divino celebrando et negligentium pena.*

Statuimus et ordinamus, quod decanus in majoribus solemnitatibus et festis triplicibus, in primis et secundis vesperis, matutinis et missa, per se vel per alium canonicum presbyterum, si fuerit, officium sacerdotale peragat; quodque duo canonici ordinati in administratione officiorum diaconatus et subdiaconatus, in prefatis festis et solemnitatibus, per decanum successive eligentur et ordinentur; pro qua administratione cujuslibet misse cererarius ipsius ecclesie deliberabit et solvet unicuique illorum duorum administrantium canonicorum sex parvos turonenses, computando in expensis communibus ipsius ecclesie, demptis exequiis mortuorum.

Et in prefatis solemnitatibus necnon festis duplicibus duo alii canonici chorum custodiant atque regant, disponentes et ordinantes quis legere quisve cantare debeat antiphonas, lectiones, et responsoria. Hujusmodi officium custodiendi chorum vel regendi faciant, et facere tenebuntur tam decanus quam canonici, tam absentes quam residentes, secundum injunctum revolutiones, bini et bini, secundum etatem receptionum sese sequentes; quodque procuratores absentium ad idipsum teneantur, mediante salario consueto, videlicet quatuor sextariis spelte; et scribantur nominatim in tabula ad hujusmodi officium exercendum singulis mensibus, prout hactenus est fieri consuetum; proviso quod si decanus et canonici prescripti legitime impediti fuerint, providere tenebuntur, et provideat omnino unusquisque, qui sic fuerit impeditus, quod alter canonicus ipsius vices suppleat in premissis. Quod si non fecerint, seu fecerit eorum alter, pro

singulis vicibus seu horis, quibus defecerint seu defecerit, ipse sic deficiens, seu singuli sic deficientes duos parvos turonenses perdant, suis ex prebendis defalcandos, pro qualibet hora solvendos per cererarium ecclesie nostre predicte illi vel illis, cui vel quibus[1] hos defectus de mandato decani adimpleverint.

In aliis autem novem lectionum festis, dominicis diebus, commemorationibus beate Marie Virginis ac patroni, rector scolarium, si sibi placuerit, chorum custodiat; sin autem, decanus et capitulum de persona ydonea et habili providebunt, que ipsum chorum custodire et regere habebit. Qui quidem decanus et capitulum tempore et loco providebunt de personis sufficientibus et honestis pro missis, ewangeliis, epistolis et horis, tam in festis duplicibus quam diebus quotidianis, cantandis et legendis, qui hujusmodi officia absque defectu quocumque exercebunt, salvo eorum salario consueto. Et provideat sollicite decanus, ne in premissis et anniversariis defunctorum aliquis sit defectus; et frequenter canonicos et prescriptas personas moneat, ut in eisdem officiis suis debitum solerter exequantur.

Si vero dictos officiatos seu hebdomadarios et chori custodem in missa, ewangeliis, epistolis et aliis horis, necnon chori custodia, diebus sibi assignatis, defectuosos deprehenderit, absque relaxatione ad capitulum eos vocet, et judicio suorum concanonicorum puniat debite et corrigat.

6. *De obedientia decano facienda.*

Statuimus insuper et ordinamus, ut tam canonici quam capellani et alii in ecclesia ipsa beneficiati decano obediant in licitis et honestis, ejusque exhortationes et mandata suscipiant justa, licita et consueta, et impleant reverenter. Quem in sua conscientia oneramus, prout ad hoc est obligatus ex

[1]) Au lieu de *cui vel quibus,* lisez : *qui.*

officio, ut circa ecclesie statum, ac in divinis, et precipue correctiones defectuum levium diligenter intendat, excessus vero graviores et majores defectus in capitulo reportet sollicite, ut judicio capituli corrigantur, prout moris est et expediens fuerit.

Statuimus etiam et ordinamus, ut omnes canonici, capellani et alii beneficiati ecclesie predicte et chorales, ac ipsorum singuli, semel in anno humiliter et devote prefato decano omnia sua confiteantur peccata, vel saltem alteri ydoneo sacerdoti, de ipsius decani licentia petita et obtenta; injunctamque sibi penitentiam salutarem juxta vires studeant adimpleri, recipiantque ad minus in pascha Eucharistie sacramentum ab ipso decano, vel saltem ab alio sacerdote, obtenta licentia sui decani; nisi forte de ipsius decani vel sacerdotis, cui confitebuntur, consilio, ob aliquam causam rationabilem ab illius receptione duxerint abstinendum.

7. *De tempore et modo celebrandi capitula generalia.*

Statuimus et ordinamus, ut annis singulis tria generalia capitula celebrentur, videlicet feriis sextis post festum nativitatis beati Johannis Baptiste, Remigii et Epiphanie Domini; in quibus de statu ipsius ecclesie tam in spiritualibus quam temporalibus reformando, necnon de negligentiis, defectibus et excessibus corrigendis tractabitur. In quibus etiam presentia statuta, si opus fuerit, legi volumus; et ordinamus, quod unus modius spelte in quolibet capitulorum per cererarium ipsius ecclesie canonicis ibidem presentibus et residentibus, etiam aliis non residentibus legitime excusatis, equaliter distribuatur.

Ordinamus etiam et instituimus, ut singulis hebdomadis anni unum capitulum, videlicet feriis sextis, celebretur, nisi festum celebre aut speciale negotium impedierit; in quo de spiritualibus et negligentiis emergentibus, necnon hereditatibus, ecclesie juribus et libertatibus conservandis et defen-

dendis tractabitur. Item ordinamus, quod in crastino Remigii erit dies computationis nostrarum prebendarum, et quicumque in prefata computatione presens et residens fuerit, lucrabitur quatuor sextaria spelte, ibidem per cererarium unicuique canonico assignanda, legitima excusatione cessante.

8. *De ordine canonicorum et deliberationibus eorumdem.*

Statuimus et ordinamus, ut in hiis capitulis et aliis quibuscumque locis ordo debitus observetur, ut sedeant primi post decanum presbyteri, deinde diaconi, demum subdiaconi, si qui sint, et postremo alii canonici qui non sunt in sacris ordinibus constituti, prout prebende ipsius ecclesie non adstringuntur in suo ordine, juxta antiquitatem suarum receptionum.

Proponantur negotia et agenda per decanum. Et quod inde per capitulum ordinatum seu determinatum fuerit, per scolasticum, si presens fuerit, seu per vicescolasticum, pronuntiabitur : et, cepto uno negotio, nullum aliud assumatur vel proponatur, nisi primum fuerit terminatum. Requirat decanus seu vicedecanus juxta negotiorum qualitatem vota et intentiones singulorum, et canonici modeste respondeant et libere dicant de negotiis propositis suas intentiones, prout eis conscientia dictaverit et pro suo meliori videbitur. Nullus verba alterius interrumpat, sed patienter singuli audiantur; et, uno negotio terminato, aliud proponatur. Decanus verbosis clamatoribus et objurgatoribus imponat silentium, et ipsi ad ejus mandatum obmutescant. Canonici nullam decano seu vicedecano, aut sibi invicem, occasione cujuscumque negotii dicant vel inferant injuriam. Si quis autem ausus fuerit decano seu vicedecano, aut alteri canonico, re vel verbis inferre injuriam, talis canonicus aut alius alter inferens alteri injuriam emendabit parti lese secundum delicti perpetrati qualitatem arbitrio decani, seu vicedecani et capituli, si super hoc per partem lesam ad hoc requisiti fuerint. Qui quidem decanus,

seu vicedecanus et capitulum, requisitione sic facta, inde determinabunt infra quindecim dies a die requisitionis hujusmodi in antea computando; et si ipse reus emendam, per prefatos dominos decanum seu vicedecanum et capitulum sic ordinandam, renuerit adimplere, distributionibus quotidianis carebit, donec et quousque sententiam prefatorum dominorum decani seu vicedecani et capituli cavebit et promiserit adimplere, dummodo a dicta sententia non appellaverit.

9. *De fructibus altarium, quorum rectores sunt absentes.*

Insuper statuimus et ordinamus, quod omnes capellani in ecclesia nostra actu presbyteri residentiam faciant corporalem in ecclesia nostra super suo beneficio; nec alicui capellano fructus sui beneficii deliberentur, nisi capellano residenti aut in studio generali existenti, vel nisi capitulum hoc sibi fecerit ex gratia speciali. Qui siquidem fructus altarium capellanorum absentium, ipsis altaribus decenter deservitis ac provisis eisdem de ornamentis, cedant et cedere debent in augmentum cultus divini, secundum dispositionem et ordinationem decani, seu vicedecani et capituli ecclesie nostre predicte; inhibentes nedum eisdem capellanis residentibus, sed etiam omnibus canonicis in presbyteratus ordine constitutis, ne alicui beneficio ab ecclesia nostra non dependente extra prefatam nostram ecclesiam deserviant, nisi licentia speciali desuper a decano, seu vicedecano et capitulo petita et obtenta. Nec etiam aliquem de gremio collegii nostri non existentem ad divina in ecclesia nostra celebranda absque licentia nostra petita et obtenta admittatur[1]; contrarium vero faciens, arbitrio decani, seu vicedecani et capituli debito puniatur.

10. *De honestate personarum ecclesiasticarum.*

Statuimus et ordinamus, ut omnes et singuli, tam canonici quam capellani, et alii beneficiati, atque chorales ipsius nostre

[1]) Lisez : *admittant.*

ecclesie de cetero habitum et vestes continue deferant clericales et honestas, ac eorum ordini et statui congruentes, nimiaque brevitate vel longitudine, strictitudine vel latitudine non notandas; nec in suis vestibus nodos argenteos, aut opera serica. Ad pompam mundanam pannis virgatis in vestibus non utantur; sed in hiis omnibus et aliis se gerant tam honeste quod ipsorum mores et habitus reprehendi non valeant vel notari. Tonsuram quoque juxta sui ordinis gradum continue deferant. Nullus etiam predictorum inhoneste per opidum discurrat, tabernas publicas, vel lupanaria, aut alia loca inhonesta submittendo vel frequentando, cum taxillis vel aliis ludis inhonestis et vilibus ibidem vel in publico ludendo. Qui vero in hiis vel in aliquo eorumdem repertus fuerit culpabilis, arbitrio decani seu vicedecani et capituli secundum qualitatem personarum et delicti perpetrationem puniantur[1]; et gravius etiam, si id requirat assiduitas, talia facientes arceantur.

11. *De processionibus fiendis.*

Preterea in augmentum divini cultus, et honorem ecclesie statuimus et ordinamus, quod omnes et singuli canonici, capellani et chorales in prefata nostra ecclesia residentes intersint processionibus, quas fieri contigerit quolibet anno in die Sacramenti, rogationibus, missis specialibus, exequiis canonicorum, sanctorum Albani et Petri castri Namurcensis ecclesiarum, in vigiliis et in missa, tam eundo quam redeundo. Et ut ad premissa adimplenda canonici magis animentur, volumus et ordinamus, quod unicuique canonico, tam residenti quam non residenti, qui in dictis processionibus Sacramenti, rogationum et missarum specialium, infra pontes Mose et Sambrie reperti fuerint, in eundo dimidium lottum vini, et in redeundo similiter dimidium lottum, qui vero in vigiliis exequiarum dictorum canonicorum, eundo et redeundo dimidium lottum vini, et in missa totidem, etiam eundo et redeundo, lucrentur et

[1]) Lisez : *puniatur*.

habeant. Capellani vero, si in premissis defectuosi fuerint, excusatione legitima cessante, per unum diem inclaustrentur, et alias arbitrio capituli artius[1] puniantur de consensu decani, si id meruerit protervitas deliquentium.

12. *De modo conferendi beneficia ad collationem decani et capituli spectantia.*

Consuetudinem antiquam et hactenus observatam de collatione beneficiorum ad collationem decani et capituli spectantium infringere seu immutare nolentes, statuimus et ordinamus, quod omnes et singuli canonici emancipati, sive sint in sacris ordinibus constituti sive non, conferant illa; intereruntque in electionibus prepositure, decanatus, plebanie, scolastrie et aliorum officiorum prefate nostre ecclesie, et in capitulo ipsius, fiendis, prout hactenus observatum est. Verum, ne dissensiones in conferendo dicta beneficia inde possint oriri, ordinamus, quod unusquisque canonicus habeat mensem integrum pro sua hujusmodi collatione; in quo, si aliquod beneficium vacaverit, infra mensem a die vacationis hujusmodi ad illud nominare habebit capitulo personam ydoneam sibi placentem; et capitulum tenebitur ipsam personaliter, vel per procuratorem admittere, vel archidiacono loci, si opus fuerit, presentare. Si vero hujusmodi canonicus negligens fuerit de nominando personam ydoneam infra tempus, ut perscribitur, ex tunc nullum jus hac vice habebit nominandi rectorem ad beneficium sic vacans; sed devolvetur ad decanum et capitulum, qui de illo poterunt suum ad libitum disponere et etiam ordinare.

13. *De conferendo preposituram et plebaniam.*

Item statuimus et ordinamus, quod decanatu, prepositura, et plebania vacantibus, nulli provideatur per capitulum de eisdem, nisi fuerit canonicus prebendatus prefate nostre ecclesie.

[1]) Lisez : *arctius*.

14. *De anno gratie mortuis et fabrice dandis.*

Statuimus et ordinamus, quod canonici residentes dumtaxat seu eorum executores a die mortis eorumdem habebunt fructus integros suarum prebendarum ab illo die usque ad annum revolutum una cum omnibus et singulis distributionibus, anniversariis, tam in formis persolvendis quam alibi recipiendis, processionibus ac aliis quibuscumque accidentiis, rebus et emolumentis supervenientibus, ac si canonicus mortuus residens esset et ecclesiam continue frequentaret, pro anniversario suo, videlicet unius modii spelte hereditarie, acquirendo, exequiisque suis fiendis et debitis persolvendis.

Canonicus vero foraneus[1] seu ejus executores post ipsius decessum habebunt annum gratie[2] integrum sue absentie, ascendentem ad summam similem, qualem habebunt alii canonici absentes pro illo anno : medietatem pro suo anniversario acquirendo, et aliam medietatem pro suis exequiis in dicta nostra ecclesia fiendis et jura dictarum exequiarum et debita persolvendo.

Fabrica vero prefate nostre ecclesie, que aliunde non habet quidquam, expirato anno gratie defuncti canonici, habebit solummodo grossum ipsius prebende anni sequentis.

15. *De presentatione ad residentiam.*

Insuper statuimus et ordinamus, quod quicumque canonicus seu capellanus, aut alius in ecclesia nostra beneficiatus, ex nunc in antea residere cupiens ac suo beneficio deservire, in vigilia nativitatis beati Johannis Baptiste, primis vesperis de ipso sancto Johanne in ecclesia ipsa decantatis, coram

[1]) Par chanoine *forain* on entendait celui qui n'observait pas la résidence.

[2]) On appelait *année de grâce* l'année qui suivait la mort d'un chanoine, parce que, par une *faveur* spéciale, les revenus de la prébende étaient perçus par les héritiers du défunt. Voyez Sohet, *Instituts de droit*, liv. I, tit. XV; et les *Statuta generalia ecclesiarum collegiatarum cleri secundarii Leodiensis*, cap. VIII.

decano aut vicedecano et capitulo in loco capitulari ipsius ecclesie personaliter ad residentiam se presentet juxta usum antiquum in dicta ecclesia observatum. Et si dictis die et hora ad residentiam se non presentaverit, per totum annum erit foraneus; nec debet, nec potest hujusmodi canonicus ad residentiam faciendam dictis die et hora se presentare, nisi plene expiratis annis defuncti et fabrice. Et talis canonicus sic ad residentiam presentatus et emancipatus percipiet, levabit, et lucrabitur successive omnia emolumenta, anniversaria, distributiones et partem suam integram vinorum ad dictam suam prebendam pertinentium, quamdiu residebit, et secundum ratam sue residentie sine dolo et fraude. Verum, quia[1] canonicus succedens in prebenda canonici residentiam tempore sue mortis facientis non poterit se in primo anno quovis modo, nec in secundo, ut predicitur, ad residentiam presentare; et si reperiatur, quod sic presentatus ex tunc alibi seu in altero beneficio residentiam fecerit, aut residens ibidem publice censeatur, eo ipso presentatio sic facta nulla sit, et foraneus pro toto illo anno, ac si se non presentasset, censeatur et teneatur. Et si quos fructus levaverit, ad illorum restitutionem arceatur, attento quod duas residentias facere non potest; neque etiam capellanus, nisi de licentia prefatorum dominorum decani et capituli.

16. *De loco ubi canonici debent aut possunt morari.*

Statuimus et ordinamus, quod omnes canonici residentes habitent vel morentur in vico beate Marie, inter Pontem Sambrie et torcular domini comitis Namurcensis[2], per se vel cum aliquo canonico vel capellano, aut cum personis honestis et ydoneis, si canonicum aut capellanum reperire non possent,

[1]) Supprimez : *quia*.
[2]) Le pressoir des comtes de Namur était situé à La Plante. Dans un acte ancien, il est nommé le *stordoir monseigneur de Namur siant en Buley*.

vel cum eo concordari. Qui vero contrarium egerit, pro absente et foraneo reputetur et habeatur.

17. *De diebus quibus canonici possunt se absentare.*

Item statuimus et ordinamus, quod quicumque canonicus residens, volens ad suas partes aut alibi pro suis peragendis negotiis ire seu equitare, petita licentia sui decani aut vicedecani, si ipsos reppererit, aut duorum canonicorum, potest se per quadraginta tres dies a suo dicto beneficio absque perditione suorum fructuum absentare, salvis anniversariis et commemorationibus beate Marie Virginis ac illis, que in formis distribuuntur, demptis etiam processionibus supra tactis. Et illis quadraginta tribus diebus elapsis, ipse canonicus residens habet adhuc viginti duos dies in quibus similiter nil perdit, salvo quod pro quolibet modio spelte, avene et floreno anniversariorum, privatur duobus parvis turonensibus una cum predicta perditione; nec computantur dies recessus neque regressus illorum sexaginta quinque dierum.

Si vero canonicus a dicta ecclesia se absentaverit ultra predictos sexaginta quinque dies absque gratia uberiori a decano seu vicedecano et capitulo petita et obtenta, ex tunc censetur et habeatur pro absente et foraneo. Et tenebitur talis canonicus absens ad restitutionem vinorum, distributionum et anniversariorum per ipsum levatorum quoad ratam solummodo temporis sue absentie, computando usque ad festum nativitatis beati Johannis Baptiste immediate sequens, omni dolo et fraude legitimaque excusatione cessantibus et exclusis.

Qui quidem canonicus quotiens ab oppido se absentare voluerit, cererario ecclesie predicte per se vel per familiarem eundo vel redeundo notificare tenebitur.

18. *De licentia opidum exeundi vel sanguinem minuendi.*

Item statuimus et ordinamus, quod quilibet canonicus volens uti flebotomia[1], licentia petita per se vel per alium sui decani vel vicedecani aut duorum canonicorum, habebit pro illa flebotomia tres dies recreationis et consolationis, tam intra quam extra opidum; et quinque dies pro nuptiis sui consanguinei aut consanguinee in quarto gradu extra opidum ultra duo milliaria; item totidem in exequiis amici sui defuncti. In quibus nichil perdet, nec isti dies computabuntur inter illos sexaginta quinque dies gratie, neque dies recessus neque regressus, juxta antiquum usum hactenus observatum. Et qui secus egerit sine licentia sanguinem minuendo seu opidum exeundo, hac pena mulctetur, quod si ex imminutione hujusmodi aut post talem exitum et ante reditum decesserit, anno gratie ipso facto sit privatus. Et etiam, si se absentaverit absque licentia petita, ut premittitur, perdet anniversaria, quamdiu absens fuerit; videlicet pro quolibet modio spelte seu floreno, duos turonenses parvos. Et computabuntur dies sue absentie per cererarium fideliter; cui fides erit adhibenda.

Capellani autem et chorales sine decani aut vicedecani licentia petita et obtenta similiter opidum non exeant aut sanguinem minuant; et si secus egerint, per decanum seu vicedecanum et capitulum debite puniantur.

19. *De distributionibus solemnitatum beate Marie ac matutinarum quadragesime.*

Item statuimus et ordinamus ad honorem beate et gloriose Virginis Marie et augmentum cultus divini, quod in quolibet festo beate Virginis Marie sex festorum, videlicet Assumptionis, Nativitatis, Conceptionis, Purificationis, Annuntiationis et Visitationis, quatuor modii spelte distribuan-

[1]) La *phlébotomie* ou saignée se pratiquait très-fréquemment à cette époque.

tur canonicis residentibus, qui omnibus horis principalibus interfuerint. Qui autem in aliqua dictarum horarum defectuosus fuerit, pro qualibet hora, videlicet de dictis quatuor horis principalibus[1], privabitur duobus parvis turonensibus.

Similiter ordinamus, approbando antiquum usum hactenus approbatum et observatum, viginti modios spelte tertiatim distribuendos in matutinis quadragesime, et nullis, nisi canonicis residentibus. Et totiens quotiens aliquis dictarum matutinarum defectuosus fuerit, privabitur uno turonensi monete predicte.

20. *De modo lucrandi anniversaria canonicorum et capellanorum.*

Quia verisimiliter opinamur, quod pie decedentes et sua bona ecclesiis elargientes, ut pro suorum peccaminum remissione Altissimum exorarent persone ecclesiastice, intellexerunt, quod illis eorum bona distribuerentur, qui preces ipsas personaliter in ecclesiis, temporibus et horis debitis, Deo funderent et divinum officium peragerent, et non qui ab ecclesia vagantes et sine causa abessent, idcirco statuimus et ordinamus, quod omnia et singula anniversaria, tam canonicis quam etiam capellanis conjunctim et divisim per christifideles pie legata, diebus et horis opportunis debite fiant et simul celebrentur, demptis quibusdam anniversariis capellanorum alibi celebrandis. Qui vero in vigiliis illius anniversarii, sive canonicus aut capellanus fuerit, defectuosus extiterit, pro quolibet modio seu floreno anniversariorum predictorum canonicorum et capellanorum privetur uno parvo turonensi.

Qui vero in missa illius anniversarii non fuerit, similiter uno turonensi parvo privabitur tam canonicus quam capel-

[1]) Plus tard il n'y avait plus que trois heures principales, savoir : les matines et laudes, la messe et les vêpres avec les complies. Voyez les *Statuta generalia ecclesiarum collegiatarum cleri secundarii Leodiensis*, cap. III.

lanus, quotiens ipsi capellani habuerint anniversarium, cessante legitima excusatione; additientes, quod tam canonici quam capellani etiam habeant personam fidelem, qui[1] defectus singulorum fideliter conscribat et referat, mediante suo competenti salario a quolibet membrorum sibi assignando.

21. *De canonico scolari et emancipatione.*

Statuimus et ordinamus, quod canonicus sub etate viginti duorum annorum constitutus residere volens, si se, ut prescribitur, in vigilia nativitatis beati Johannis Baptiste presentaverit, censebitur scolaris, quousque dictam etatem ad plenum attigerit. In quo spatio moram trahet cum scolastico seu vicescolastico ecclesie predicte, si eum penes se tenere voluerit, modo consueto; nisi talis canonicus habeat in ipsa ecclesia consanguineum canonicum residentem. In quo casu cum illo morari poterit, etiam preter voluntatem ipsius scolastici seu vicescolastici. Qui siquidem scolaris canonicus per dictum temporis spatium scolas ipsius ecclesie diebus ferialibus, et ecclesiam ipsam diebus dominicis et festivis, frequentare tenebitur, et in ea cantare, legere et in omnibus se habere ut scolaris; habebitque quolibet anno pro suis fructibus totum grossum sue prebende, videlicet spelte et avene, et una cum hoc sex modios spelte cum omnibus caponibus unicuique canonico residenti competentibus.

Dum vero dictus canonicus vicesimum secundum annum compleverit, tunc ad aliquod studium generale vel partiale per decanum seu vicedecanum et capitulum destinabitur; ibidemque remanebit, donec et quousque adimpleverit vicesimum quartum annum, nisi se infra illorum duorum annorum tempus ad sacros ordines aut gradum scientie promoveri fecerit. In quo tempore levabit et percipiet grossum prebende sue predicte una cum certa gratia seu portione sibi per decanum et capitulum assignanda rationabili secundum

[1]) Lisez : *que.*

quod eisdem decano seu vicedecano et capitulo videbitur expedire.

Si vero canonicus ultra etatem viginti duorum annorum constitutus extiterit, et se in vigilia nativitatis beati Johannis Baptiste more solito ad residentiam faciendam presentaverit, dum tamen ordinatus fuerit vel graduatus, talis pro hujusmodi residentia facienda non rejiciatur; ymmo volumus illum admitti sine contradictione. Si vero ordinatus seu graduatus non fuerit, non potest nec debet admitti ad residentiam; ymmo mittendus est ad scolas, ut supra, donec etatem viginti quatuor annorum adimpleverit.

Insuper statuimus et ordinamus, quod quilibet canonicus ad residentiam, ut premittitur, admissus, solvat unicuique canonico residenti dimidium sextarium boni vini, antequam presumat sibi recipere sedem emancipationis; et hujusmodi vino soluto, emancipabitur per decanum seu vicedecanum.

22. *De juribus solvendis per abbatem secularem et canonicos in suis admissionibus.*

Preterea statuimus et ordinamus, prout ab antiquissimo tempore statutum et manutentum fuit, quod antequam abbas secularis ad suam dignitatem abbatialem, aut canonicus ad canonicatum et prebendam, per decanum seu vicedecanum et capitulum admittantur, satisfaciat eorum quislibet cererario ecclesie integraliter de juribus ecclesie, videlicet pro cappa sua de undecim francis auri Francie, pro vino sue admissionis de quadraginta solidis turonensium veterum, pro pastu suo de tribus libris turonensibus, pro juribus claustrarii de triginta solidis ejusdem monete, verum franco auri de Francia pro sedecim solidis parvorum turonensium computato. Item una cum hoc decano seu vicedecano, preposito, si presens fuerit, et notario, eorum cuilibet duas quartas; plebano, scolastico, custodi, cererario, matriculario, rectori scolarum et procuratori ecclesie, necnon omnibus capellanis

residentibus, cuilibet eorumdem unam quartam; ac villico et scabinis curie nostre duo sextaria fortis vini; et in truncho grossum unum.

Preterea decanus, plebanus, custos, matricularius, et omnes capellani et beneficiati alii in ipsa ecclesia suisque dependentiis, quorum dignitas, officium vel beneficium attingit valorem decem modiorum spelte, talis in forma prescripta antequam admittatur, satisfaciat cererario ad opus decani et capituli de dimidia ama boni vini ac de quinque solidis predicte monete pro juribus claustrarii, necnon de vino decani seu vicedecani, prepositi, et ceterorum suprascriptorum, exceptis villico et scabinis prescriptis, in forma antetacta.

Prepositus autem et scholasticus, ceterique beneficiati et officiati in ipsa ecclesia, quorum dignitas, officium, aut beneficium non attingit summam decem modiorum spelte prescriptam, pro sua admissione dumtaxat in forma prescripta ad opus decani et capituli satisfaciant cererario predicto de viginti quinque quartis boni vini, et quinque solidis turonensibus pro jure claustrarii. Insuper, quia de consuetudine antiqua prescripta et approbata habentes dignitates et officia statim post suas admissiones solent canonicis solvere pro suo jocundo adventu pastum unum gratiosum, et ne dicta consuetudo in posterum interrumpatur, statuimus et ordinamus, quod quicumque voluerit ad prefatas dignitates et officia admitti, in sua hujusmodi admissione, antequam admittatur, det cautionem de predicto pastu solvendo tempore opportuno.

Preterea, ne in posterum prepositus, decanus, et plebanus, ac officiales, et capellani, ceterique beneficiati, tam in ipsa ecclesia quam extra eamdem, quorum dignitas, officia seu beneficia ad collationem seu presentationem ipsorum decani et capituli spectant et pertinent, si illas seu illa eos aut eorum aliquem permutare contigerit, plus debito pro vino consensus eorumdem decani et capituli in hujusmodi permutationis negotio habendi gravetur, prout hactenus ali-

quando factum fuit, statuimus et ordinamus, quod de cetero talis sic permutare volens pro hujusmodi consensu habendo non solvat decano et capitulo ultra sex sextaria vini, nisi gratiam ab eisdem obtinuerit.

23. *De literis non impetrandis a principibus.*

Item statuimus et ordinamus, quod nullus canonicorum nostrorum seu capellanorum, aut alius in ecclesia nostra beneficiatus, impetret ab aliquo principe aut domino terreno aut spirituali aliquas literas contra dictum capitulum personasque ejusdem, clam aut palam, per se, alium seu alios, pro quacumque gratia habenda vel negotio sese tangenti; et si, ipso ignorante, alius nomine sui et pro ipso hoc fecerit, illas cassare et revocare procuret, revocetque et non utatur. Et, si secus egerit, decreto decani et capituli puniatur.

24. *De executione ultimarum voluntatum canonicorum et capellanorum nostrorum.*

Item, nihil est quod hominibus magis debeatur quam ut summe voluntatis liber sit stilus. Statuimus et ordinamus, ut executores testamenti seu ultimarum voluntatum canonicorum, capellanorum et choralium ecclesie nostre predicte, qui heredum loco habentur, libere de omnibus bonis mobilibus et immobilibus per testatorem relictis juxta ipsius voluntatem disponant ad utilitatem ipsius executionis, dum tamen cautionem prestiterint sufficientem et rationabilem pro anniversario ipsius, debitisque suis et juribus ecclesie persolvendis, necnon de stando juri coram decano et capitulo ejusdem ecclesie, et de reddendo computationem debitam in fine anni, adimplendo voluntatem testatoris. Et hiis sic peractis, volumus et mandamus, ne decanus seu vicedecanus et capitulum, aut alia persona capitularis, de cetero[1] executores cano-

[1]) Suppléez : *contra.*

nicorum aut aliorum ipsius ecclesie beneficiatorum in executionibus hujusmodi presumant quidquam attentare, seu ipsam executionem hujusmodi in aliquo impedire, aut bona mobilia ad executores pertinentia, extimata, pro ipsa executione adimplenda, ex jure vendicare; sed liberum arbitrium sit executoribus de illis, prout voluerint, pro utilitate ipsius executionis disponere, proviso quod de bonis ipsius canonici, capellani, seu choralis sic defuncti, ipsi executores per notarium capituli aut per alium ydoneum, ex parte decani et capituli commissum, coram extimatore et testibus fide dignis fieri facient inventarium. Factoque inventario ac prefatis dominis decano et capitulo notificato, manus ad dicta bona ipsius defuncti, prestita cautione, ut prefertur, libere apponere poterunt, pro utilitate ipsius executionis fienda. Insuper promittent et cavebunt ipsi executores pro anniversario defuncti canonici, et non pro aliis, acquirere ad opus ecclesie infra annum, a die sue mortis computandum, unum modium spelte hereditarium, si ipse canonicus sic defunctus prius non assignaverit; vel capitulo inde satisfacere tenebuntur ipsi executores, prout est hactenus fieri consuetum. Et in fine anni prefati executores de executione hujusmodi debitam in capitulo tenebuntur reddere rationem.

Additientes quod unusquisque predictorum secundum quod secundarie ecclesie Leodienses, de quarum fraternitate sumus, hactenus use fuerunt et adhuc utuntur, possit testamentum suum propria manu scribere in carta papirea vel membrana, seu per alium fidelem scribi facere et sua propria manu signare, vel coram notario et testibus, vel saltem coram duabus personis fide dignis, verbo vel scripto, de suis bonis universis ordinare; volentes et decernentes hujusmodi ordinationem sic, ut premittitur, factam valere et viribus subsistere, ac si omnes solemnitates juris in talibus requisite ibidem adjecte seu adhibite fuissent.

Si vero contingat aliquem, sive canonicum, capellanum,

choralem, aut beneficiatum, in ecclesia nostra intestatum decedere, decanus et capitulum onus assumentes executionis, exequias ejusdem more debito fieri facient, injuste ablata probata restituent ac debita solvent. Residuum vero bonorum ipsius defuncti, si quid et quicquid creverit, in pios usus suum ad arbitrium et conscientiam convertent.

25. *De expensis exequiarum canonicorum, capellanorum et aliorum.*

Quia executores testamentorum seu ultimarum voluntatum canonicorum, capellanorum, et aliorum choralium et beneficiatorum in ecclesia nostra temporibus retroactis aliquando plus debito fuerunt gravati in approbationibus suis, dum eas de bonis hujusmodi ultimarum voluntatum approbare volebant, nos volentes talibus gravaminibus obviare, statuimus et ordinamus, quod de cetero executores testamentorum canonicorum ecclesie predicte pro unius approbatione testamenti ipsius canonici non teneantur solvere aliud quam unicuique canonico residenti duas quartas boni vini, et in computatione finali per eos coram decano et capitulo fienda totidem. Si vero capellanus, aut alius beneficiatus, seu choralis fuerit, tenebitur pro approbatione sui testamenti unicuique canonico residenti unam quartam vini, et in computatione fienda in fine anni totidem. Habeantque et habere tenebuntur executores tam canonicorum, capellanorum, quam aliorum predictorum, pannos aureos seu boccandum in funeribus dictorum canonicorum, capellanorum et aliorum, gratis ab antiquo ordinatos et per custodem ecclesie deliberandos. Et exequias ipsas suum ad libitum seu voluntatem ipsius defuncti disponere et ordinare poterunt; verum, quod decanus, aut vicedecanus, qui missas exequiarum celebrabit illius canonici defuncti, duas quartas, diaconus et subdiaconus et duo custodes chori, quilibet eorum quartam unam boni vini habebit.

Matricularius autem pro quolibet canonico dumtaxat pro suis penis et laboribus in pulsando campanas habebit quatuor sextaria spelte semel, per executores ipsius canonici defuncti solvenda; fossarius vero pro quolibet hujusmodi canonicorum, capellanorum et aliorum, pro suis laboribus foveam faciendo grossum unum veterem habeat. Nec ad alia onera arceri poterunt executores prefati; volentes et ordinantes, quod omnes persone et familiares canonicorum, capellanorum, choralium et aliorum beneficiatorum ejusdem ecclesie residentes, et qui cum eisdem tempore sue mortis moram traxerunt, sepulturam habeant in praticello claustri, et pannum consuetum funeralem gratis; nec aliud solvant quam grossum unum pro labore fossarii, et vinum pulsantium, ad voluntatem requirentium.

Preterea ordinamus, prout hactenus observatum est, quod in exequiis canonicorum sanctorum Albani et Petri castri Namurcensis ecclesiarum matricularius ecclesie nostre pulsabit et pulsare faciet, prout hactenus est fieri consuetum, et pro hujusmodi suo labore habebit pro singulis exequiis quatuor sextaria spelte, semel per capitulum sibi solvenda.

26. *Quod quilibet canonicus debet et tenebitur ista statuta jurare.*

Statuimus et ordinamus, quod omnes canonici nunc residentes infra octo dies a die publicationis presentium numerandos, et absentes, cum ad ecclesiam ipsam ad residentiam venerint, infra idem tempus, necnon in futurum omnes et singuli canonici in sua receptione suisve receptionibus jurabunt, similiter et abbas secularis hujus ecclesie, presentia statuta et consuetudines laudabiles approbatas pro posse tenere et observare.

Unde nos, decanus et capitulum prefate ecclesie beate Marie Namurcensis, cupientes supradicta statuta, reformationes, et consuetudines laudabiles et approbatas, ac omnia et sin-

gula prenarrata firmiter tenere, et inviolabiliter, pro posse, observare et adimplere sub penis et periculis in ipsis contentis, salva tamen mutatione seu correctione premissorum moderata et salubri, si et quando secundumque culparum qualitates statuendam duxerimus vel ordinandam, idcirco in testimonium et robur omnium et singulorum premissorum sigillum majus hujusmodi nostre ecclesie presentibus duximus appendendum, sub anno et die quibus supra.

Original sur une grande feuille de parchemin, ayant 71 ½ centimètres de longueur et autant de largeur, avec le grand sceau du chapitre, en cire, portant l'image de la Sainte-Vierge avec l'Enfant Jésus. La légende est enlevée. Le contrescel représente l'Annonciation et porte la légende : S. ECCE B. MARIE NAMCEN ABBAS.

RECORDS ECCLÉSIASTIQUES DE LA BELGIQUE[1].

RECORD DU DOYENNÉ DE FLORENNES[2].

Universis christifidelibus praesens scriptum audituris decanus et universi fratres Florinensis concilii salutem in Eo, qui est omnium salus. Quoniam frequenter et saepissime, quoties sumus in conciliis nostris, requiruntur a nobis recordationes consuetudinum dictorum conciliorum, et frequenter requiritur in quibus patroni teneantur ecclesiis baptismalibus, qui percipiunt majorem decimam vel partem ejus, respondemus, quod et consuetudine generali hactenus observata et

[1]) Suite. — Voyez *Analectes*, I, p. 337 et 430.

[2]) Ce record paraît être du seizième siècle. Dans le manuscrit dont nous nous sommes servis, il porte le titre suivant : *Constitutiones conciliorum archidiaconatus Hannoniae factae anno* 1532. Ce titre se rapporte, non pas au record qui suit immédiatement, mais à un document, placé à la suite du record, et que nous publierons plus tard.

obtenta patroni, qui dictam decimam percipiunt, ut dictum est, tenentur ad omnia, quae sunt necessaria sacerdoti celebrare volenti, videlicet ad candelam pro missa cantanda et omnibus horis tam diurnis quam nocturnis. Item ad unum clericum sive matricularium. Item ad omnia indumenta sacerdotalia, ad calicem argenteum et corporale, ad mappam, manutergium et pallium sive pannum cooperientem altare propter honestatem; item ad aliud pallium sive pannum de serico vel de tela extensum desuper altare propter araneas et earum telas et alias spurcitias; ad sudarium pro digitis tergendis post ablutionem; item in thuribulo et thure pro missis et festis duplicibus et omnibus solemnitatibus; ad missale, camisia linea involutum, cum manica dependente; ad graduale, breviarium cum notula et antiphonarium; item ad hymnarium cum psalterio feriali cum notula; et ad haec omnia reficienda; et tenentur assignare locum, in quo haec omnia sub suo periculo conserventur.

Item tenentur ad cancellum reficiendum cum navi templi, tam in coopertura quam aliis necessariis, in fenestris vitreis, in piscina et in omnibus aliis quocumque nomine censeantur, etiam in pavimento et coemiterio. Item tenentur ad cortinas, altaris lateribus utrimque appensas, et ad cortinam convenientem extensam sursum supra altare, quae protegat et defendat ab immunditiis supervenientibus. Postea tenentur ad ampullas vini et aquae, et alias pro chrismate, oleo sacro et infirmorum; et ad illos sex denarios, qui solvuntur decano pro expensis suis; et ad ollam ferream vel stanneam pro aqua deferenda; item ad taurum et verrem, quibus licitum est discurrere per campos et fructus camporum; sed si quis inveniat eos in fundo suo potest eos ejicere, dum tamen ipsos non laedat, vulneret vel occidat; et si hoc faciat, magistro eorum seu domino satisfacere tenetur de eisdem.

Item tenentur ad magnam capanam, quae possit audire infra terminos decimae sive parochiae partem magnam; ad illam in

turri templi reponere secure, quae excedat galeam templi sive navim altitudine septem pedum; et ipsam turrim et campanam intertinere debent tam in cordis quam aliis necessariis.

Item etiam ad obsonium et cathedraticum, et ad sumptus, qui fiunt in synodo pro decano et archidiaconi clerico; sed si excessus inveniatur et in pecuniam commutentur, debent restitui de eadem. Et forte tenentur ad alia, quae jam non occurrunt memoriae.

Dicimus etiam, quod curatus pro parte suae decimae in nullo premissorum tenetur; nec tenetur solvere decimam de domicilio cum suis appenditiis, in quo commoratur, sive ad dotem suae ecclesiae pertineat, sive aliud ab aliquo conducat. Nota quod ex praemissis colligi pertineat, quicumque decimam recipiat infra parochiam, excepto curato, pro majori decima reputatur.

Item de his, quae ad ecclesiam deferuntur et ibi coram quacumque causa offeruntur imagini seu reliquiis redeunt investito. Item quod quilibet paterfamilias vel mater, tenetur annuatim ad septem oblationes voluntarias, dum tamen quatuor non fuerint irrisoriae, videlicet in die Assumptionis beatae Mariae Virginis, Omnium Sanctorum, patroni ecclesiae, dedicationis, et tres integras scilicet die Nativitatis Domini, Paschae et Pentecostes.

Item de terris ac decimis curarum sive capellaniarum dicimus, quod rectores earumdem possunt per sex annos dare ad colendum; et si successor velit illas ad se retrahere, potest, dum tamen reddiderit poenas colono ad arbitrarium proborum, alias non. Et si dicti rectores dictas terras sumptibus suis excoluerint, partem carrucae recipient vel eorum executores seu successores, qualicumque tempore moriantur.

De decima vellerum dicimus, quod si nutritores ovium habeant plura domicilia et deducunt de uno ad aliud, quilibet perceptorum decimae recipiet pro rata sua. Incipit ista rata

in festo sancti Remigii, et durat usque ad decimationem vellcrum.

De herbis venditis et conductis dicimus, quod si fructus veniat ad maturitatem, tenentur solvere decimam de omnibus; sin autem venditor vel locator solvet decimam de pecunia super his recepta. Simile judicium fiat de aliis fructibus, vel venditis vel conductis.

De decimis pullorum dicimus, quod decima non solvitur, donec pulli voluntarie matrem relinquant. Decima anserum debet solvi post Assumptionem beatae Mariae, nisi vendantur. Et si pulli anserum vendantur in una eademque decima vel alia, ex incremento sive lucro decima solvi debet.

Item decima suscularum, id est parvorum porcorum, solvitur post ablactationem.

Item pro quolibet pullo jumentorum duos denarios, et vaccarum unum, solvere est consuetum.

De apibus non solvitur decima, nisi vendantur vel liquentur, vel numerus compleatur.

De lino non solvitur decima, donec positum fuerit ad perticam.

De personis, quae mutant locum suum, dicimus, quod, si veniant ad aliquem locum causa morandi, nox sola facit parochianum. Et si postmodum lepra inficiantur, quantocumque tempore moram ibi fecerint, debent reverti ad propriam ecclesiam baptismalem; et ibi debent eisdem, si sint pauperes, loca et domus a parochianis assignari. Et notandum est, quod alterius conjugum superstes, quocumque ierit, parochianus remaneat quoad matrimonium contrahendum, ubi primus decesserit. Et si postea locum mutaverit et ad alium venerit pro matrimonio dumtaxat contrahendo et non pro aliis sacramentis, etiam revertetur ad ecclesiam baptismalem.

De capellanis perpetuis et residentia beneficii competente non obstante dicimus, quod tenentur diebus dominicis et festivis cum habitu decenti nocturnis horis et diurnis interesse et

extremae unctioni, quae quolibet anno debet renovari[1]. Et si curatus sit citatus et absens ex causa legitima, tenentur eidem subvenire; et, si sit infirmus, per quindenam subvenient eidem, et non amplius, nisi sumptibus curati. Item tenentur per quindenam ante Pascha, et ante Pentecosten necnon ante Nativitatem Domini confessiones audire. Et ad haec omnia tenentur suis propriis sumptibus, nisi ab investito gratis largiatur.

De exequiis etiam sciendum, quod decanus exequias sacerdotum, clericorum, beneficiatorum seu ordinatorum, ac nobilium et leprosorum praedictorum habere consuevit; de aliis non.

De oblationibus dicimus, quod quidquid ad altare et ad crucem Adorandi et coram aliqua imagine ponitur, vel in die parasceves offertur, oblatio nuncupatur.

Item mamburni ecclesiarum et mensae pauperum per curatos debent de consilio parochianorum institui; et per eosdem curatos et parochianos de bonis ad ipsum luminare et mensam pauperum pertinentibus debent semel in anno computum audire.

Item, si quis legaverit simpliciter patrono seu suae ecclesiae, cedit investito ipsius ecclesiae; et, si sit piis locis vel personis legatum et non investito, potest ipse investitus repetere ratione curae tantam pecuniam quantam majus legatum aliis factum ascendit.

Item decanus noster consilia et capitula debet tenere, et eadem auctoritate superiorum suorum debet inbannire, et poenam pecuniariam potest de consilio fratrum absentibus imponere. Quae pecunia debet converti cum illis decem solidis, qui ab investitis novis recipiuntur, in communes usus con-

[1]) Benoît XIV, dans son excellent ouvrage *De Synodo dioecesana*, l. VIII, ch. VIII, fait l'historique des opinions des théologiens touchant l'usage de réitérer le sacrement de l'Extrême-Onction. Ne pourrait-on pas interpréter ce passage de l'introduction solennelle des Saintes-Huiles ?

fratrum. Item solus decanus excusationem pro absentibus debet acceptare et presentes licentiare, et, ubi convenire tenentur, de superiorum nostrorum mandato specialiter convocare.

Item dominus noster archidiaconus semel in anno juxta formam statutorum propter nos et ecclesias nostras in propria persona tenetur visitare, et corrigere delinquentes secundum formarum declarationes.

Item de infantibus inventis dicimus, quod communitas villae seu parochiae debet eos facere nutriri, ita quod nullum periculum eveniat de eisdem.

Item de exequiis mortuorum dicimus, quod quidquid fit ad honorem corporis sepeliendi, seu omne id, quod ponitur super illud, sive non, cedere debet investito, excepto panno pauperum communi.

Item sciendum est, quod in pluribus locis seu ecclesiis nostri concilii sint quaedam constitutiones speciales obtentae et ab antiquo observatae, quae derogant isti generalitati, de qua superius fecimus mentionem; et teneri debent consuetudines speciales in locis suis, nisi fuerint expresse juri contrariae, vel tales, quae potius dici debent corruptelae quam consuetudines, vel abusus quam usus.

Item si foenum, vel linum et semen, de quo conficitur oleum, sint matura ante festum Joannis Baptistae, tunc sunt de anno futuro, quia nemo debet bis in anno metere.

Has recordationes, quae a nobis sunt obiter in concilio recordatae, noster archidiaconus debet facere observare, et omnes, si nobis occurrerint.

Quoad exequias decanus habet omnes milites et militissas, sive sint nobiles sive ignobiles, ac eorum legitimos; decanusque has omnes uxores nobilium, etiamsi ignobiles fuerint; quia uxor nobilitatur per maritum nobilem; sed non ita eorum proles, nisi mater sit nobilis. Sed non contra, quia uxor nobilis non nobilitat virum ignobilem. Item decanus habet

omnes nobiles ex utraque parte, sive sint legitimi, sive naturales. Est sciendum ad propositum, quod unusquisque nobilis reputatur, etiam si ex solo latere sit nobilis.

Decanus, si placet, solet et potest compellere auctoritate propria omnes suspectos et suspectas de lepra ac etiam parochias, in quibus morantur, ut ducant eos ad exprimendum, an sint tales. Item decanus potest probare consensum quod suspecti de lepra, infecti etiam adjudicati leprosi, ut maneant in eorum villis, dum tamen dictus consensus processerit de consensu parochianorum. Item decanus habet juridictionem omnimodam leprosorum judicatorum, et est eorum successor in mobilibus et domibus, exceptis leprosariis capellam et exemptionem campestrem habentibus, in quibus nihil exstat. Item, leproso judicato, decani debent dicere missam de *Requiem*, et ducere judicatum ad domum leprosi communem, praecipereque parochis, ut ministrent leproso consueta. Quod si non fecerint, decanus potest et debet eos monere et ad id compellere, scilicet ut ministrent consueta. Quod si facere recusaverint, idem decanus debet illos compellere toties quoties, defendereque ipsos leprosos ab omni molestatione, quia ex tunc est eorum superior solus, nec habet amplius de eis se intromittere curatus, nec in morte, nec in vita, morbo leprosi probato et judicato. Dominica die aut altera, super hoc si fuerit expediens, antequam sacerdos dicat missam, vadat ad domum leprosi in processione cum aqua benedicta et cruce praecedente nihil dicendo; in introitu domus aspergat sacerdos aquam benedictam super leprosum et ministrantes; postea exeant domo una cum leproso ad ecclesiam cantando responsorium *Subvenite sancti Dei* et *Qui Lazarum;* post haec, psalmum *Miserere mei,* si longior sit via. Duo intrent ecclesiam; sacerdos accedat ad missam celebrandam sicut pro defunctis, ac si essent nuptiae, quia iterum desponsat ecclesiam; sed ipse leprosus, non cum aliis offerens, remanebit in medio ecclesiae panno mortuorum

absconsus sub byrro, terra superposita per totam missam, ac si esset defunctus. Missa autem dicta, sacerdos albo manipulo et tela indutus vadat ad leprosum et ipsum communicet, eodem tamen prius confesso. His expeditis, exeat sacerdos ecclesia processionaliter cum aqua benedicta tamen conducendo leprosum ad leprosariam, cantando *Libera me Domine*, item *Qui Lazarum* cum versibus ac etiam cum septem psalmis, si longa fuerit via. In introitu leprosariae dicat illi sacerdos *Aperite illi portas justitiae, ingressus in eas confitebitur Domino, haec justi intrabunt in eam.* Leproso ingresso, super eumdem aspergat aquam; in introitu illi dicet *Benedictio Dei Patris et Filii et Spiritus sancti descendat super te et maneat semper, et super habitantes in hoc saeculo per Christum Dominum nostrum, amen.* Postea sacerdos moneat ipsum leprosum de poenitentia habenda, ministrando ei albas chyrothecas, in quarum significatione denotatur conscientia munda, atque ei prebeatur scutella. Moneat etiam, ut caveat a congregatione hominum. In fine admonitionum projiciat sacerdos terram ter super leprosariam, dicendo *Haec requies mea in saeculum saeculi, hic habitabo quoniam elegi eam.* Postea redeat sacerdos ad ecclesiam, revertendo processionaliter, leprosum in sua leprositate dimittendo. Cum autem fuerit leprosus in lecto decumbens communicetur per presbiterum et inungatur, si fuerit oleum infirmorum; nec est horrendum illum tangere tempore oportuno. Postea cum idem leprosus viam universae carnis fuerit ingressus, deferatur ejus corpus ad cimiterium et sepeliatur dicendo *Omnes.* Quo sepulto, fiat ejus servitium ponendo candelas super candelabra et linteamen in medio templi super pavimentum; et est introitus missae : *Os justi meditabitur,* prout de uno confessore[1]. Nota etiam quod quando pueri leprosorum ve-

[1]) « La séparation des lépreux se fait processionnellement avec les rits de » l'Eglise, comme il est marqué dans le Rituel de Liége, p. 227, 232, etc. » SOHET, *Instituts de droit,* liv. I, tit. 98.

niunt ad baptismum, non debent baptisari super fontes, sicuti pueri aliorum, sed supra piscinam in qua ponitur vetus aqua fontium, quando renovantur.

PROMOTIONS DE LA FACULTÉ DES ARTS

DE L'UNIVERSITÉ DE LOUVAIN[1].

1428—1797.

---

28 MARS 1439.

ADMISSI AD REGENTIAM 8 oct. 1438 : Henricus de Dunghen, Ambrosius Engelen, Hugo de Haerlem, Carolus Viruli, Joannes de Geneth, Nicolaus Valckenisse, Henricus de Loe, Joannes de Wydoe ex Herck, Joannes Caets, Jacobus Angeli, Joannes Bloc, Wilhelmus de Eeckhout, Wilhelmus de Weert, Nicolaus de Haerlem, Henricus de Zomeren, Adam Wilhelmi Boghart de Dordraco, Godefridus Gompele, Hermannus Brant, Joannes de Goes, Joannes Varenacker[2].

ADMISSI AD LEGENTIAM 8 oct. 1438 : Joannes de Naeldwyck, Joannes de Buscoducis, (Jacobus de?) Bruxella, (Joannes de?) Trajecto, Joannes Sucquet[3].

TENTATORES LICENTIANDORUM : Adam Wilhelmi Boghart de Dordraco decanus, Wilhelmus Supplicii de Antwerpia e natione Brabantiae, Jacobus (Mortaigne?) e natione Galliae, Carolus Viruli e natione Flandriae, et Joannes de Wemeldinghe e natione Hollandiae[4]. EXAMINATORES : Henricus Helmont e natione Brabantiae, Wilhelmus de Eeckhout e natione Flandriae, Gerardus de Haerlem e natione Hollandiae. In natione Galliae fuit discordia[5].

[1]) Suite. — Voyez *Analectes*, I, p. 377.

[2]) ACTA, 8 octobris 1438, fol. 220 r°.

[3]) ACTA, 8 octobris 1438, fol. 220 r°.

[4]) ACTA, 4 februarii 1439, fol. 231 r°.

[5]) ACTA, 5 februarii 1439, fol. 231 v°. Il est à remarquer qu'à partir de l'année 1437 jusqu'à la suppression de l'Université à la fin du siècle dernier, on rencontre des *tentatores* et des *examinatores licentiandorum*. Voyez les

La promotion de 1439 compte un *primus extra ordinem*. Les *Actes* le nomment *domicellus Joannes de Rommerswael et Lotdyk*, et en parlent de la manière suivante : *Primus fuit militaris et tenebat statum honestum semper a principio studii sui*[1].

1. Gerardus Ruyssche, Leerdamensis.
   Postea reg. in F. A.
2. Joannes Matthys de Mechlinia.
3. Gerardus Cotelron de Swollis.
4. Joannes Driesche.
5. Joannes de Voerda.
6. Theodoricus Greve de Hedele.
7. Eustachius Vassens de Sancto Audomaro.
8. Aleph Coenrardi de Buscoducis.
9. Joannes de Landerchys.
10. Hermes Rogiers de Rothnaco.
    Postea reg. in F. A.
11. Nicasius de Snutere.
12. Cornelius de Brilis.
13. Gerlacus de Erp.
14. Joannes de Lotharingia.
15. Godefridus de Aerschot.
16. Gerlacus de Rupe.
17. Dominus Joannes de Lyra, presbyter.
18. Joannes Smael.
19. Michaël de Trajecto.
20. Joannes Barlaer.
21. Augustinus de Ligno.

Statuta venerandae Facultatis Artium. capp. XIX et XX. En 1437, les examinateurs furent : *Henricus de Dunghen, Joannes de Hasselt, Adam Wilhelmi Boghart de Dordraco et Johannes Caets* (Acta, fol. 184 r°); en 1438 : *Joannes de Buscoducis e natione Brabantiae, Joannes Mortaigne e natione Galliae, Joannes Vos e natione Flandriae et Nicolaus de Haerlem e natione Hollandiae* (Acta, fol. 209 v°).

[1]) Acta, fol. 238 r°.

22. Wilhelmus Theodorici de Scoenhovia.
23. Joannes Keemsike.
24. Matthaeus de Wastina.
25. Joannes de Sancto Trudone.
26. Arnoldus Weylhuysen de Buscoducis.
27. Joannis Ghyst de Gandavo.
28. Walterus de Gouda.
29. Egidius de Vilvordia.
30. Michaël de Casleto.
31. Nicolaus de Gouda.
32. Ludovicus Fauquenier de Tornaco.
33. Joannes Muntenberch.
34. Hubertus de Gouda.
35. Adrianus Joannis Petri de Haerlem.
36. Joannes Gols de Wyck.
37. Michaël Loe.
38. Walterus de Molle.
39. Joannes de Herst de Aerschot.
40. Antonius Adriani de Ziericxzee.
41. Martinus de Breda de Hulst.
42. Balduinus de Furno de Nivella.
43. Egidius Ghiselyn de Ostendis.
44. Joannes de Biliveldia.
45. Joannes Lammaert de Ostendis.
46. Joannes de Bergis.
47. Joannes de Alimonia.
48. Petrus Mercherus de Chymaco.
49. Joannes de Axella.
50. Nicasius Hughes[1].

22 MARS 1440.

ADMISSI AD REGENTIAM 8 oct. 1439 : Henricus (de Loe?), Joannes de Wydoe ex Herck, Joannes de Goes, Jacobus An-

[1]) ACTA, fol. 238 v°.

geli, Balduinus Henrici de Ziericxzee, Joannes Varenacker, Hugo de Haerlem, Carolus Viruli, Wilhelmus de Haerlem, Joannes Bloc, Wilhelmus de Eeckhout, Adam Wilhelmi Boghart de Dordraco, Hermannus Brant, Henricus de Dunghen, Godefridus Gompele, Joannes de Geneth, Nicolaus Valckenisse[1].

Tentatores licentiandorum : Joannes de Buscoducis decanus, Walterus de Bruxella e natione Brabantiae, Joannes Brisaert e natione Galliae, Thomas Reel e natione Flandriae et Joannes de Barlandia e natione Hollandiae[2]. Examinatores : Joannes de Wydoe ex Herck e natione Brabantiae, Joannes Gherbouct e natione Galliae, Victor (Zwavenaerde?) e natione Flandriae, Cornelius Borch e natione Hollandiae[3].

1. Dominus Joannes Villeman.
2. Philippus Lewerke de Casleto.
3. Joannes de Manville.
4. Bartholomaeus Turot.
5. Henricus de Pascua de Cortraco.
6. Gerardus Hebscaep de Turnhout.
7. Nicolaus Jacobi de Angia.
8. Joannes Bont.
9. Dominus Jacobus Vitte.
10. Jacobus Wiskerke.
11. Egidius Valens *vel* Walyns.
12. Petrus Multoris.
13. Bartholomaeus de Insulis.
14. Gerardus Boest de Buscoducis.
15. Nicolaus de Trajecto.
    Postea reg. in F. A.
16. Wilhelmus Perdiennet.
17. Adrianus Duvennede.

[1]) Acta, fol. 254 v°.
[2]) Acta, 3 februarii 1440, fol. 259 r°.
[3]) Acta, 4 februarii 1440, fol. 259 r°.

18. Jacobus Ruyssche de Haerlem.
19. Adrianus de Ziericxzee.
20. Robbinus Salvatoris de Sancto Trudone.
21. Christianus Valens.
22. Henricus de Antverpia.
23. Jacobus de Vlita de Brugis.
24. Walterus Baers.
25. Joannes Levis.
26. Jacobus Sciornet.
27. Martinus de Hallis[1].
28. Joannes de Stanfordia.
29. Joannes Riquart.
30. Radinus Gattman.
31. Wilhelmus Boch.
32. Egidius Warscout[2].

[1]) Martin de Hal faisait partie du cours promu en 1439; sa promotion avait été retardée parce qu'il était de taille médiocre. On lit dans les *Actes* de la Faculté, sous la date du 28 mars 1439 : *Martinus Hallis fuit reservatus per istum modum quod deberet se anno sequenti presentare facultati et si tunc placeret toti facultati, nemine contradicente, quod tunc posset illo anno licentiari et locari inter gratiosos primus, quia in scientia fuit inventus gratiosus et statura persone fuit nimis parva; ideo, uno reclamante, non posset, licentiari, sed posset, si vellet tunc se subjicere examini et temptamini, secundum judicium dominorum temptatorum et examinatorum tunc eligendorum in meliorem locum ordinari. Et si tunc non placeat adhuc alicui de facultate, debet adhuc sub eadem forma reservari ad alium annum et sic deinceps* (Acta, fol. 239 r°). Le 22 mars de l'année suivante (1440) la Faculté statua : *Super supplicatione unius scolaris* (Martini de Hallis), *qui alio anno fuerat reservatus pro licentiam adipiscendo in Artibus per quamdam conclusionem captam a magistro Adam Bogaert, pro tunc decano, que erat disjunctiva sic vel quod submittet se temptamini et examini... habendo locum suum, aut si placeret facultati, nemine reclamante, quod posset esse primus in ordine gratiosorum. Et acceptavit sibi ultimam partem disjunctive. Et quoad illam partem placuit facultati admittendo supplicationem suam, nemine reclamante* (Acta, fol. 260 v°).

[2]) Acta, fol. 261 r°.

1 avril 1441.

Admissi ad regentiam 8 octobris 1440 : Godefridus Gompele, Henricus de Loe, Henricus de Dunghen, Joannes de Wydoe ex Herck, Everardus de Haerlem, Joannes Bloc, Wilhelmus de Eeckhout, Joannes Varenacker, Carolus Viruli, Gerardus de Haerlem, Wilhelmus de Haerlem, Henricus de Ghestel, Balduinus Henrici de Ziericxzee, Jacobus Angeli, Joannes Geneth[1].

Admissi ad legentiam 8 octobris 1440 : Joannes de Goes et Joannes de Buscoducis[2].

Tentatores licentiandorum : Robertus de Landa, decanus, Arnoldus Belx e natione Brabantiae, Joannes Mortaigne e natione Galliae, Joannes Nepotis e natione Flandriae et Joannes de Wemeldinghe e natione Hollandiae[3]. Examinatores : Henricus de Ghestel, Joannes Geneth, Wilhelmus de Eeckhout et Joannes de Barlandia[4].

1. Domicellus Joannes de Halewyn.
2. Egidius Bailleul[5].
   Mol., p. 505 et passim; Fopp., 26; Val. And., p. 89; Paq., II, p. 290; *Cat. prim.*, p. 13.
3. Egidius Weytens.
4. Andreas de Clebeke.
5. Wilhelmus Le Fossier.
6. Amoricus Mauroy.
7. Walterus Gruteren.
8. Joannes Spierinck.
   Mol., p. 561; Val. And., p. 228.

[1]) Acta, fol. 272 v°.

[2]) Acta, fol. 272 v°.

[3]) Acta, 3 et 4 februarii 1441, fol. 282 r°.

[4]) Acta, 6 februarii 1441, fol. 282 v°.

[5]) *Egidius de Bailleul fuit primus in schola Artium anno 1441. Praeponitur tamen ei ob nobilitatem Joannes de Halewyn.* Molanus, *Hist. Lovan.*, I, p. 505.

9. Egidius de Ziericxzee.
10. Balduinus Silvestris.
11. Wilhelmus Grote.
12. Goeswinus de Melsbroeck.
13. Henricus de Aa.
14. Eustachius Rincenael,
15. Nicolaus de Montibus.
16. Joannes Calot.
17. Gerardus Cambier.
18. Nicolaus Joannis de Bursalia.
19. Martinus de Rode de Buscoducis.
20. Joannes Mercatoris.
21. Rolandus Vinghere.
22. Joannes de Merica.
23. Ludovicus Slipe.
24. Winocus de Capella.
25. Joannes Lennot.
26. Cornelius Syroetskerke.
27. Joannes Certoyr.
28. Joannes Altariva.
29. Joannes .....
30. Jacobus de Zomeren.
31. Joannes de le Loge.
32. Judocus de Beka.
33. Joannes de Brabantia.
34. Johannes Beghin[1].

11 AVRIL 1442.

In nomine sancte et individue Trinitatis in perpetuum. Ego PHILIPPUS, Flandrie et Viromandue comes, notum esse volo omnibus quod pro salute anime mee dedi in elemosinam canonicis de Sinnebeca xx solidos, singulis annis accipiendos Brugis in dominica palmarum ex officio Lamberti, notarii. De istis vero denariis statui, ut solummodo procuretur vinum et panis ad conficiendum sacrificium altaris. Ne igitur imposterum hec elemosina aliquo possit infringi vel cassari, sigilli mei auctoritate eam confirmari précepi anno Domini m. c. lxxvij.

1181.

Ego PHILIPPUS, comes Flandrie ac Viromandue, notum esse volo tam futuris quam presentibus quod ad petitionem ac devotionem karissime sororis mee Gertrudis, quondam Morian...[2] comitisse, pie ipsius devotioni placido occurrens

[1]) Zonnebeke est appelé dans les anciens documents *Zinnebeke*, *Zunnebeke*, *Sinebeke*, *Segnabccha*, etc.

[2]) L'acte porte clairement *Morian*. Il nous a été impossible de résoudre cette abréviation.

assensu pro animabus nostris ac antecessorum nostrorum concessi, dedi, approbavi elemosinam, quam ex redditibus sibi ad vivendum assignatis canonicis de Sinnebeca assignavit, videlicet l solidos ex officio Lambini, notarii, Brugis annuatim persolvendos. Notandum quod fratres aliquam debent habere pitantiam in die anniversarii ejus ac mei; ac in kalendariis suis notatis anniversariis nostris, sicut fratribus et sororibus suis plenarium impendant orationis beneficium ac servitium imperpetuum non pretii sed karitatis intuitu. Ut ergo hec elemosina nostra rata ac inconcussa permaneat, sigilli mei auctoritate ac testium subscriptione communiri curavi. Signum Roberti advocati; S. Roberti filii ejus; S. Hugonis de Oysi; S. N. de Locris; S. N. de Atrebato; S. E. de Aria.

Actum anno Domini m. c. lxxxi.

Original sur parchemin, avec sceau, au fonds de l'abbaye de Zonnebeke, no 13, au séminaire de Bruges. (Communiqué par M. l'abbé De Leyn, docteur en droit.)

Inventaires du trésor de S. Aubain a Namur[1].

Le premier volume des *Analectes*, p. 54, contient un inventaire du trésor de la collégiale de S. Aubain à Namur, de 1218. Comme terme de comparaison, nous publions ci-dessous deux inventaires de dates postérieures. Le premier, de 1492, n'indique que les reliques mêmes; dans le second, de 1572, nous trouvons un relevé complet de tous les objets

[1]) Nous devons les deux inventaires suivants à l'obligeance de M. Borgnet, conservateur des Archives de l'Etat, et de M. J. Barbier, vicaire à Namur.

précieux que le chapitre, alors cathédral, possédait dans sa trésorerie.

I.

Inventaire de 1492.

Sequuntur reliquie contente in ecclesia sancti Albani martiris :

Et primo de sanguine rutilante Domini nostri Jhesu-Christi; — de pilis barbe eius; — de lancea; — de cruce Domini in magna parte; — de spinis corone ipsius due sunt; — de sudorio; — de lapide sacri sepulcri; — de linteo quo precinctus fuit in cena; — de pannis infantie Salvatoris; — de veste purpurea; — de tunica inconsutili; — de columpna in magna parte.

Et hec de sanctuariis Domini.

De lacte virgineo; — zona beate Marie Virginis; — de vestibus ejus.

Et hec de sanctuariis beate Marie Virginis.

Dens beati Petri apostoli; — de testa capitis beati Pauli; — ossa beatorum apostolorum Jacobi maioris et minoris, puta de capite minoris; — junctura brachii beati Andree apostoli.

Et hec de sanctuariis apostolorum.

De testa sancti Albani, martiris, et de sancto Laurentio; — de panno sancti Stephani et de sanguine et ossibus eius; — de costa beati Laurentii; — de pilis sancti Johannis-Baptiste.

Magna copia reliquiarum plurimorum martirum, videlicet beatorum Sixti pape secundi, dens Mauricii, Gereonis sociorumque eius, Albani et Georgii. Item Dyonisii, Eugenii, Leodegarii, etc. Et similiter de pluribus confessoribus, de quibus esset longum enarrare, videlicet de beatis Nicolao, Benedicto, Bernardo, etc.

Item costa beati Nicolai.

Item, de reliquiis beatarum virginum, videlicet Katherine, puta de brachio et de dente ipsius, item Margarete, Walburgis atque de capite sancte Susanne; de dentibus sancte Felicitatis; de sancta Ursula; item de xi^{m} Virginibus. Et de pluribus aliis in diversis locis.

Acta capitularia S. Albani, 1490-1507, fol. 21 v°, aux Archives de l'Etat à Namur.

II.

Inventaire du 2 *septembre* 1572.

Messieurs[1] députent Désirant, Hanozet et Brayer pour disposer et mettre en lieu saulve les reliquiaires et registres, ensemble les ornements de leur église les transportants dedens le chasteau de Namur, ausquels aussi ilz puissent avoir accès toutesfois et quantes pour aultrement en disposer, selon que le cas occurrent le requerrat.

Inventarium reliquiarum in tabula summi altaris inclusarum ac, ut tutius serventur hac bellica feritate seviente, ad castrum Namurcense delatarum :

Corona quedam regia deaurata seu aurea, cui sunt inserte spine corone Domini nostri Jesu Christi.

Capsula una rotunda argentea deaurata, in qua habetur et servatur portiuncula quedam sanguinis Christi.

Imago Christi Marie Magdalene apparentis argentea, deaurata, altitudinis fere sesquipedis.

Imago Christi flagellati columpnam amplexantis argentea, et in columpna ipsa pars columpne sacre.

Imago divi Pauli, ut proxime superior, argentea, cui ad dextram condite sunt reliquie sancte divorum.

Imago beate Virginis matris sedentis filiumque Jesum brachio dextro complectentis argentea, deaurata.

1) *Messieurs*, les chanoines.

Pixis una argentea rotunde forme, in qua servatur particula barbe nostri Salvatoris Jesu Christi.

Edicula sive ciborium, quod vocant, in qua solemnibus supplicationibus defertur Christi corpus, argentea pedetenus deaurata tota.

Calix argenteus et satis patulus et amplus cum sua patena, utrumque argenteum, deauratum; cui adest coclear item argenteum.

Calix item alius argenteus cum sua patena, utrumque deaurata.

Est et alius calix fere similis proxime scripto, nisi quod sit integrior.

Capsula quedam argentea, in qua servatur particula quedam capitis sive teste ejusdem divi Pauli apostoli.

Crater sive coppa, quam vocant, argenteus superne tectus, argenteus totus, in quo servatur panniculus lineus, sanguine beati Stephani protho-martyris conspersus, et aliquantula particula zone dive Virginis matris christifere.

Scutum unum argenteum deauratum, forme ovalis et oblonge, a fronte insignitum imagine divi Laurentii, martyris; a tergo hujus unum ex ossibus ejusdem divi annexum.

Aliud ejusdem forme ac materie, cui annexum est os quoddam divi Nicolai.

Est et tertium et quartum simile scutum non tamen deauratum : hoc gestans os unum ex ossibus divi Jacobi minoris, illud beati Andree, apostoli.

Imago beati Joannis Baptiste argentea deaurata, cujus in fronte sunt condite tecte quedam reliquie divorum.

Imago beati Albani argentea cum sua edicula cuprea deaurata.

Capsella una argentea margaritis insignita, in qua servatur particula vestis inconsutilis Redemptoris nostri eaque inclusa alteri capsule grandiori argentee deaurate.

Bursa serica, in qua servatur reconditum de lacte dive Virginis matris.

Evangeliorum liber insignitus a fronte argenteis laminis et imagine partim deauratis.

Coclear unum argenteum ad latum sive rotundum sui plicatile.

Duo orbes argentei deaurati latitudinis quisque pedis unius, insigniti singuli lapillis pellucidis quinis.

Liber unus membranis confectus, cui inscripta sunt juramentum comitis Namurcensis et alia plurima non floccipendenda.

Duo candelabra argentea alta queque duos pedes ut minimum.

Crux magna argentea altitudine fere pari.

Amula argentea, cum suo aspergillo ibidem argenteo toto preter setas porcinas.

Tria insignia pectoralia argentea satis preciosa.

Due ampulle argentee, quibus ministratur sacrificanti diebus solemnibus in altari summo.

His addita est pelvis argentea lata pedem unum aut amplius ad excipiendam aquam de manibus sacrificantis defluentem, cum lavat.

Capsa quadrata nigro holoserico tecta, servando corporali facta.

Acerra argentea navicule formam referens, pedi sive basi argenteo imposita, imponendo et thurificanti deferendo accommoda.

Hiis adest postremo mantile quoddam sericum, quod ex humeris utriusque propendet epistolarii diebus solemnibus.

Hec simul inclusa ciste delata, ut supra scribitur.

Acta capitularia S. Albani, 1570-1589, fol. 20 vo, aux Archives de l'Etat à Namur.

Permission accordée aux Sœurs-Noires de Namur d'avoir une chapelle dans leur couvent.

Les Sœurs-Noires de Namur suivaient la règle de saint François; aussi prirent-elles plus tard le nom de *Récollectines*. Voyez sur le couvent des Récollectines de Namur, Galliot, *Histoire ecclésiastique et civile de Namur*, III, p. 253.

19 mars 1505 (nouveau style).

A tous ceulx qui ces présentes lettres verront et orront, prévost, doien, chanoinnes et chapitre de l'église collégiale Saint-Aulbain à Namur, souverains curez de l'église parrochiale monsieur Saint-Jehan Ewangéliste dudit Namur, salut. Comme ung jour passé révérend père en Dieu, monsieur Jehan de Hoernes, par la grâce de Dieu évesque de Liége, duc de Buillon, conte de Loz, nous et aussi les mayre et eschevins de la ville de Namur, pour l'honneur de Dieu et monsieur saint François, et pour lutilité des povres malades dicelle ville, eussions consenty et accordé aux povres noyres seurs de lordre dudit saint Franchois venir résider en ceste ville dudit Namur, en la parroiche dudit Saint-Jehan l'Ewangéliste pour y accomplir les veuz et promesses, telz quil appartient à leur ordre[1]; depuis lequel temps icelles seurs ayent acquis et pourroint acqutore certaines maisons et héritaiges pour y faire demouraige et chapelle affin de y faire le service divin, et que à ceste cause icelles soient venues pardevant nous donnant ces choses à congnoistre, par espécial qu'il estait très-nécessaire pour y bien faire le service divin selon leur estat et coustume de édiffier une chapelle en leur demeure, comme elles

[1]) Si l'on peut se fier au témoignage de Galliot, cette autorisation aurait été accordée en l'an 1500.

ont desjà encommanchie pour y célébrer messe, par espécial les dimanches, faire bégnite eaue, avoir cloichier et une cloiche pendant dedier ladite chapelle, en laquelle sera le Sanct-Sacrement, et aussi cellui de derrière unction leur confesseur, soit religieux ou presbtre séculier, pourront franchement administrer ausdites seurs et à leur famille, quand il en sera requis. Aussi le curé dudit Saint-Jehan Ewangéliste présent et advenir sera tenu chascun an de renouveller ledit sacrement de derrière unction, quant requis en sera. Et pourront icelles seurs faire célébrer messes toutes les fois que bon leur semblera en leurdite chapelle, et pourront inhumer les corps desdites seurs qui sont et seront oudit convent et de leurs familles et de leurs successeresses et familles advenir, et de toutes autres personnes exceptez les parrochiens dudit Saint-Jehan, lesquelz ne seront point inhumez sans le congie dudit curé et sans paier les drois appartenans à ladite cure; — nous requérant très-instamment à ce consentir et leur vouloir ce octroyer et les quicter de tous droiz, servitutes et autres choses que nous et noz successeurs, comme souverains curez de ladite église, pourrions à cause de ladite église ou chanesie demander à icelles seurs et leurs successeresses, savoir faisons que nous inclinans à ladite requeste, espérans que lesdites povres seurs pourroient bien venir à point aux povres malades excerceant les œuvres de miséricorde pour l'honneur de Dieu et le pruffit des povres, avons consenty et accordé, consentons et accordons par cestes ausdites seurs pour et en nom delles et de leurs successeresses pouir construyre et parfaire ladite chapelle, maison et convent, tel que dessus est déclaré, et que à leur ordre appertient et la parmy icelles seurs seront tenuts de assenner pour nous et nos successeurs, prévost, doien et chapitre, curé présent et advenir, pour les intérestz tant à nous, doien et chapitre comme de la cure, quatre mailles de cens héritables chascun an, au rachat le

denier seize ; et avec ce nous paier et à noz successeurs les cens, chapons et rentes que elles doyvent à ladite église Saint-Aulbain sur leurs maisons et héritaiges, et que elles devront ciaprez des acquestz qu'elles pourront faire, sans quelles puissent racheter ce qui est à présent amorty tant en cens comme en rentes, et aussi entendu que selles font acquestes d'aucuns jardins et héritaiges où nous avons au présent disme, que elles en seront tenues comme ceulx de cui les auroient eu, le payoient. Moyennant laquelle assignation de quatre mailles et autres choses dessus déclarées, nous avons promis, et par ces présentes promettons tant pour nous comme pour noz successeurs, prévost, doien, channoines et curé de jamais, par nous ou autres de par nous ou noz successeurs demander ou faire demander ausdites seurs, ne a leurs successeresses ou famille, auchuns autre droit de servitude que leurs pourryons pour les causes dessusdites demander ou faire demander pour lesdites chapelle, maison et convent le tout en ensuivant ce qui est cydevant déclairé, sans malengien. En tesmoing desquelles choses avons à ces présentes appendu le grant seel de nostre dite église.

Donné en nostre dit chapitre, le xix[e] jour de mars, l'an mil v[c] et quatre, stil de Liége. Ainsy signé par ordonnance de messieurs : Astin.

Acta capitularia sancti Albani Namurcensis, 1490-1507, fol. 102 v°, aux Archives de l'Etat à Namur. (Communiqué par M. l'abbé J. Barbier, vicaire à Namur.)

Documents relatifs a un projet de réforme du chapitre de Windesheim.

Le premier document que nous publions, est une lettre du duc d'Albe adressée aux prieurs de Groe-

nendael et de Rouge-Cloître pour leur demander de presser la réforme dans toutes les communautés dépendant du chapitre de Windesheim. Les deux autres sont des suppliques adressées par le commissaire général du chapitre au roi Philippe II et au duc d'Albe, gouverneur des Pays-Bas.

Les tentatives faites en cette occasion, tant par le Souverain que par les chanoines, furent sans résultat. Les troubles qui, à cette époque, agitèrent les Pays-Bas, empêchèrent, sans aucun doute, les religieux de répondre aux vœux du Roi.

I.

27 juin 1569.

Aux prieurs des réguliers à Groenendale et Rouge-Cloistre Don Fernande etc.

Eerweerdige lieve beminde. Alsoo wij verstaen dat ghij gecommitteert zijt van weghen 't capittel van Windesem om te reformeren die cloosters gelegen binnen de landen van Brabant, Vlaenderen, Henegou ende andere, geincorporeert onder 't voorschreven capittel van Windesem; ende begerende dat alzulcken last volbrocht ende tot effecte worde gebrocht, te meer in desen jegenwoirdigen tyden, zoo eest dat wij u versoecken ende van wegen den Coninex ordonneren mits desen te volbrenghen, alzoo haest als u mogelick sal sijn, u voorschreven commissie, om tot behoorlicke executie te stellen die decreten des heylicx concilium van Trenten, ende dit zonder vertreck oft dissimulatie, alzoo wel inde cloosters van mans als vrauwenpersoonen, geincorporeert ende subject wesende 't voorzeyde capittel van Windesem, ende alle d'andere van de selve ordene pretenderende exempt te wezen uijt crachte van privilegien hierop verworven van onzen heyligen Vader den Paus, oft wesende immediate onderworpen den ordi-

naris; mits des versocht wesende oft heunen vicarissen namentlick, suldij ooc sluyten die religieusen in heure conventen volgende het vyfste capittel van de xxv[ste] sessie des voerzeyden conciliums. Ende indien ghij hierinne eenighe zwaricheyt vind, suldij des ons te cunde doen om daer naer inde saecke te versien naer behooren bij ons oft onsen officier. Ende indient noot zij, en ghij ons des adverteert, sullen wij scryven aen den voorseyden ordinaris oft andere, zoot behooren sal, op dat zij u bystandich en behulpich zijn in 't gene des voorseyt is.

Tot Brussel, den xxvii junij 1569.

II.

1572 ou 1573.

Invictissime, serenissime atque catholice rex.

Quum nemini obscurum sit tuam Catholicam Majestatem suas de hostibus Ecclesiae victorias ad non alium finem cupere referre, quam ut imprimis gloria Dei Omnipotentis illustretur et catholicae doctrinae veritas restituatur, conserveturque, cunctique mortalium ordines, maxime eorum, qui monasticae disciplinae professores in medio aliorum tamquam luminaria viva sine reprehensione conversari debent, ad verae pietatis cultum et suum quique officium revertantur; hinc est, quod prior, superior, ceterique patres ac definitores capituli generalis Windesemensis, a primaria domo de Windesem ita nuncupati, ordinis canonicorum regularium S. Augustini, jam iterum literis illustrissimi ducis Albani, domini gubernatoris, ad hoc excitati, atque de tuae Catholicae Majestatis voluntate certiores facti, suo officio satisfacere volentes, egerunt, aguntque id quidem summo conatu, ut ordinem suum, nonnullis in locis proclinantem ac etiam collapsum, valeant instaurare. Atqui quum intelligant sua consilia praesidiaque nempe priorum temporum morbis debi-

litata ac propemodum oppressa, non satis habitura nervorum ac roboris ad id quod volunt, consequendum, quaedam sua instituendae reformationis consilia tuae Catholicae Majestati exponenda putaverunt, in quibus citra ejus favorem defensionemque, sicut nihil possent, ita procedere non auderent, neque vellent; sperantes tamen, iis cognitis, id curaturam illam libenter, tam sui favoris propria declaratione, quam apud Suam Sanctitatem commendationis efficacia, quo tam late sparsus ordo, qui in solis tuae Catholicae Majestatis haereditariis ditionibus continet *duodecim monialium* monasteria, praeter infinita annexa; virorum vero triginta novem, in quibus etiam est illud *Viridis Vallis*, gratissimum Tuae Majestatis domicilium, quod cum duobus aliis positum est in sylva Zoniae prope Bruxellam : quo (inquam) ille ordo conservari, et ad primam suae originis puritatem, ubi opus habet, valeat revocari.

Principio quia nullo medicina, nisi cognitis morborum causis ac fontibus, recte administrari potest, animadversum est jam pridem a patribus, tam latam hujus capituli generalis societatem, ut quae per magnam quoque Superioris Germaniae partem latissime sese diffundit, non eodem quo hactenus modo gubernari posse atque debere. Hucusque enim unum dumtaxat habuit priorem domus Windesemensis, qui totius capituli curam et gubernationem sustinet, et ad quem omnia singularum domorum ardua quaeque respiciunt. Quod etsi prioribus temporibus tolerabile fuit, tunc quum simplicitas hominum temporumque tranquillitas subditos ultro ad pietatem extimulabat, nunc ea est omnium rerum, proh dolor! difficultas, ut impossibile sit unum hominem, qui propriae etiam domus cura implicatur, totum capitulum cura et cogitatione posse complecti.

Accedit alterum incommodum, quod iste prior Windesemensis sive superior (ita enim vocatur) tantum eligatur a fratribus ejusdem domus Windesemensis, quibus tantum

adjunguntur quatuor ex vicinioribus priores. Quibus sic eligentibus tametsi liberum sit ex toto capitulo quam maxime idoneum eligere, etiamsi quis in propria suae professionis domo prioratum gereret, tamen non raro accidit, ut fratres Windesemenses maluerint qualemcumque suae domus professum obtrudere, quam ad exteros eum locum transferre.

Haec duo magna sane incommoda facili promptoque remedio curari poterunt, si Windesemenses posthac aliarum domorum more suum habeant eligantque priorem, instituatur vero unus generalis, qui nullius privatae domus cura gravatus, totius capituli negotia gubernet, quique, nusquam defixa sede, obire singulas capituli provincias, et visitationes per se facere, et religionem lustrare possit.

Quum vero capitulum in octo provincias ab antiquo sit distinctum, summum erit pretium operae, ut isti priori generali adjungantur provinciales, tanquam vicarii, qui, ipso alibi occupato, emergentia suae provinciae negotia cognoscere, et delegatas subinde visitationes possint perficere; praeter alia ab iis expectanda commoda, quae hic non referuntur.

Ne autem in istis officiis novitas fiat odiosa, aut etiam abusus incurabilis, consultum videbitur, ut provinciales isti mutentur singulis trienniis, generalis vero duret quinquennio; ita tamen ut utrique ex navatae operae commendatione, si patribus videbitur, renovata tamen generalis electione, continuari possint.

Provinciales tempore capituli generalis creabuntur a patribus praesentis tunc capituli definitoribus : ad eligendum vero generalem omnes patres in capitulo praesentes suffragia conferent. Poterunt etiam absentes, si volunt, suam vocem in clausa charta transmittere; alioqui non mittentium nulla ratio habebitur.

Obtineret hic plenam et absolutam authoritatem, qualem prior Windesemensis sive superior hactenus habuit, et qualem

alii generales in suis quique ordinibus habere noscuntur. Interim prior Windesemensis ob domus dignitatem esset vocareturque capituli vicarius et perpetuus tempore capituli generalis definitor. Quae quidem capitula generalia haberentur vel in domo Windesemensi vel in alia qualibet cujuslibet provinciae, prout patribus definitoribus visum esset accommodatius.

Quo autem minus patres hac tam expedita neque difficili aut nova via hactenus usi sint (poterant enim per capituli privilegia) impedimento fuit publica capituli paupertas. Quod quum publice nullos reditus amplius habeat, singularum vero domorum fortunae, ut propter recentiorem fundationem, amplae non sunt, ita variis temporum casibus valde sunt afflictae, et quarundam desperatae, via inveniri non potuit, unde talis prior generalis honeste ali, aliaque novorum remediorum impendia comparari possint; quum pro certo haberi possit, nisi ab hac parte laboratum esset, patrum studium in restituenda disciplina jam pridem emineret, neque tam triste eorum, quod sequitur, consilium ad memoriam extaret.

Est vero hoc : Quum nuper via aperta est, ut quatuor hujus societatis collegia novis episcopatibus sint attributa, ad eundem modum donentur totidem capitulo ex iis, quae maxime personis aliisque necessariis nervis sunt destituta et alioqui aegre conservari poterunt, ut, personis et oneribus ad alia capituli collegia translatis, quod supererit bonorum, ad capitulum perveniat.

Quae vero illa collegia sunt, et ubi sita, non fuit patribus visum consultum ante obtentam tam Suae Sanctitatis quam tuae Catholicae Majestatis permissionem, eam rem, quae cum odii et damni periculo esset conjuncta, in deliberationem deducere. Quamobrem Suae Sanctitati a patribus supplicatum fuit, ut definitoribus capituli generalis proxime celebrandi potestatem faciat ea de re deliberandi

ac statuendi. Quod quum factum fuerit, patres ejus deliberationis determinationem ad tuam Catholicam Majestatem referent, ut cum ejus beneplacito atque authoritate ad incorporationem procedatur.

Quae incorporatio, quod fortassis citra oppositionem vel ipsorum conventualium vel fundatorum aliorumve benefactorum procedere vix poterit, interponenda veniet sub poenis et interminationibus tam Suae Sanctitatis quam tuae Catholicae Majestatis authoritas et jussio, ne speratae rei fructus interverti, aut litigationibus involvi possit.

Eodem pertinebit, ut pro hactenus usurpato more, si quando contingat aliquam capituli domum fortuito quopiam casu, puta incendii, inundationis, devastationis, vel alio simili et inevitabili malo opprimi et concidere, nulli liceat, per Vestrae etiam Majestatis decretum, etiamsi fundationis, vel alium quemcunque titulum praetendat, ejus domus bona repetere et vindicare; sed soli capitulo, cui de personis conservandis cura relicta est, sit in bonis jus relictum. Quod non modo ex ipsa societatis natura ita est comparatum, sed diversis quoque summorum pontificum privilegiis capitulo consessum.

Neque ex illa publici aerarii institutione solum spectant patres religioni restituendae necessariam facultatem, verum etiam de instituendis duabus scholis, ubi bonae spei adolescentes literis et moribus bene instituantur, sedulo cogitarunt. Quod non solum ad publicam utilitatem provehendam pertinebit, sed quum in plerisque collegiis personae deficiant, neque tam multi hodie sint in quibusdam regionibus qui ad religionem monasticam aspirent, essent istae scholae ampla seminaria ad idoneam et doctam juventutem in monasteriis sufficiendam.

Accedit, quod quum indocto otio in monasteriis nihil sit pestilentius, curabitur, ut ex eodem aerario in tenuioribus monasteriis (quod paulo opulentiora per se curare habebunt)

conducantur lectores theologi, qui vacuos fratrum animos docendo occupent, et idoneos reddant, qui verbum Dei populo proponere possint.

Ad quam rem etiam Suae Sanctitati suggestum fuit, ut quum nunc exoleverit, ut hujus ordinis professores verbum Dei publice annuncient, (quod olim ad solitudinis et inclusionis : sunt enim pleraque hujus capituli collegia inclusa : meliorem observationem a majoribus institutum fuit) renovare dignetur ex priorum pontificum concessione, ut publice concionandi potestatem habeant, voluntariam tamen, non necessitati astrictam.

Ad capienda vero idonea pro scholis et seminariis loca, idem observandum cavendumque veniet, utraque tam Suae Sanctitatis quam tuae Catholicae Majestatis auctoritate, quod antea dictum est de incorporationibus : ut nemo quovis titulo sese patrum ordinationibus opponat, sive integra ex incorporatis monasteria, sive aliorum partem dumtaxat aliquam eo deputanda judicaverint, facta illis plenaria potestate de toto eo negocio decernendi.

Superest, ut quum in nonnullis monasteriis inveniantur, qui superiorum temporum licentia incitati, sese superioribus suis rebelles, et aliis graves ac scandalosos quotidie praestent, quique, domesticis statutorum poenis contemptis atque detritis, incorrigibiles et obstinatiores sunt effecti, dignetur tua Catholica Majestas omnibus rerum criminalium ac earum arcium, in quibus noxii homines includi solent, praefectis mandare, ut quum requisiti fuerint, teneantur superioribus in hujusmodi perditorum correctionibus assistere, et suis illos carceribus includere, ac ad eorundem petitionem rursus dimittere, honesta impensarum solutione, ut aequum est, intercedente.

Quia vero frequentibus religiosorum utriusque sexus hujus aeque ac aliorum ordinum perfugiis et defectionibus corruptissima sunt saecula, et inducta nunc reformationis et in-

clusionis ex concilio Tridentino mentione, similia exempla indies magis ac magis expectanda videntur; ex eo potissimum, quod talibus apostatis hactenus, in tua etiam Catholicae Majestati subjectis ditionibus habitare, vagari, mercaturam vel artem mechanicam, immo etiam curam animarum exercere, et capellanias seu sacerdotia obtinere, et palam matrimonia contrahere, nemo fere prohibuerit. Rem fecerit tua Catholica Majestas ecclesiae utilissima suoque nomini honestissima, si proposito edicto tales omnes suarum ditionum finibus excedere jusserit, veteresque poenas in eos, qui hujusmodi apostatas ad defectionem inducunt, recipiunt, abdunt, fovent, ad haereticos emittunt, renovato sanctissimae memoriae parentis tui augustissimi diplomate, de novo decreverit; promulgaverit etiam atque interdixerit, ne quisquam post factam defectionem ullis suorum monasteriorum commodis, ne propriis quidem reditibus, sive ad vitam, sive haereditarie illos sequentibus, uti ac frui deinceps possit, sed quod ab eorundem monasteriorum procuratoribus fructus illi omnes, et quaecunque alia emolumenta tunc nata, vel adhuc nascitura, colligi et recipi possunt et debent, irrita et non valente quacumque solutione ipsis apostatis, vel alteri cuilibet ipsorum nomine facta vel facienda.

Ad extremum orant humiliter praefati patres, ut quum ab ipsius capitularis societatis initio ac fonte in omnibus suis provinciis, etiam tuae Catholicae Majestati subjectis, suos a sede apostolica conservatores habuerint, quo contra quorumvis ordinariorum, a quibus notorie et ipsorum quoque confessione exempti sunt, jurisdictionem et subjectionem defensi existerent, concilium quoque Tridentinum capitulis generalibus prolixe ubique faveat, utque exemptionis privilegium salvum sit, jubeat, et conservatores permittat. Iterum orant, ut in tuae Catholicae Majestatis patrocinium et tutelam suscepti, in qua sunt libertate ac immunitate permaneant, suisque privilegiis ac conservatori-

bus eatenus uti liceat, quatenus ab ordinariis, ultra quam a concilio Tridentino permissum ipsis est, attrectari non possint.

Quia vero jactationes et voces passim audiuntur, alia quoque capituli et societatis hujus monasteria, praeter illa quatuor novis episcopatibus ab initio attributa, iisdem adhuc attributum iri, orant humillime, ut quamvis in animum inducere non possint, tuam Catholicam Majestatem uni vescendo tam multos nudaturam, suae erga eos pietatis testimonium tale edere et relinquere dignetur, ut ab eo metu in posterum liberati, in reliqui corporis amplificationem tanto diligentius, quanto jucundius possint incumbere.

Haec fere sunt, catholice atque invictissime Rex, quae patres capituli generalis Windesemensis ad sui ordinis reformationem invehendam utilia ac necessaria esse judicarunt, tuaeque Catholicae Majestati ad opem ferendam humiliter obtulerunt, enixe obsecrantes, ut haec ipsis regia sua largitate et gratia rata habere, debitisque literarum monumentis, qua opus habebunt, munire ac confirmare dignetur. Deinde quum de iisdem fere rebus Sanctitatem quoque Suam compellarunt, dignetur pium hoc negotium Suae Sanctitati ita commendare, ut patres utriusque favoris alis subnixi superare omnes rerum difficultates atque pervenire in ipsum speratae pietatis fastigium eo citius possint, quo certius et plenius gloriosos tuos triumphos ad Ecclesiae Dei honorem et utilitatem esse collatos tam posteris quam presentibus praedicabunt.

F. Joannes Latomus, prior in Throno Mariae prope Herenthals in Brabantia, capituli generalis Windesemensis ad praemissa commissarius propria manu scripsit et subscripsit.

III.

Illustrissime Dux,

Exponit Excellentiae Vestrae commissarius capituli generalis Windesemensis, ordinis canonicorum regularium S. Augustini, quod, quum ejusdem capituli patres, abhinc biennium literis Excellentiae Vestrae permoti, de suscipienda sui ordinis reformatione consilia iniissent, quae postea scripto comprehensa Vestraeque Excellentiae exhibita quum hactenus probasset, ut sequentis capituli generalis tempore eadem Excellentia Vestra renovatis literis patres, ut in incepto progederentur, adhortata fuisset, ac postea ejusdem capituli legatum, qui ad Suam Sanctitatem ad Urbem profecturus erat, suae Catholicae Majestatis apud eandem Suam Sanctitatem oratori libenter commendasset; evenerit vero postea, ut idem capituli legatus valetudine impeditus proficisci non posset; patres de tantarum rerum successu solliciti, usi interea opera reverendi ac integerrimi patris domini Ariae Montani, S. T. D. eximii, eadem suae reformationis consilia suae Catholicae Majestati exponi fecerunt, atque eidem pro sua in omnes ecclesiasticos pietate grata, atque apud Suam Sanctitatem commendata fuisse, a praefato doctore Aria Montana intellexerunt, ut sperandum sit hujus consilii tam salutaris authores omnes, maxime Vestram Excellentiam, praeclarum pietatis fructum capturos. Sed quum ejusdem capituli generalis celebratio indicta et habenda sit Trajecti in Hollandia jam sequentis mensis maii die sexto, metuendumque sit, ne nihil interea ab Urbe responsi obtineri queat, possetque susceptus reformationis ardor, protracto diutius successu, interire vel refrigescere, supplicat praefatus commissarius, ut Vestra illustrissima Excellentia patribus in eodem capitulo generali proxime congregandis, sive per legatum, sive per literas, mandare, quatenus ad prioris generalis

ipsique adjungendorum patrum provincialium institutionem, juxta formam in scripto comprehensam, ad jacienda reformationis fundamenta, quamprimum et ante alia omnia cum effectu procedant, suumque in reliquis favorem ita polliceri dignetur, ut, hoc jacto fundamento, patres sese alia quoque sua postulata ab Excellentia Vestra consecuturos minime dubitare possint.

F. JOANNES LATOMUS, prior in Throno Mariae, capituli generalis commissarius, etc.

Papiers d'état et de l'audience, liasse 1027, aux Archives du Royaume.

L'ARCHEVÊQUE DE MALINES ET LES ÉVÊQUES DE BOIS-LE-DUC ET D'ANVERS DÉCLARENT QUE LE CONCILE PROVINCIAL DE 1607 N'A PAS VOULU ABROGER L'ANNÉE DE GRACE DES CHANOINES.

30 juillet 1607.

Nos MATTHIAS HOVIUS, archiepiscopus Mechliniensis, GISBERTUS MASIUS, episcopus Buscoducensis, JOANNES MIRAEUS, episcopus Antverpiensis, tenore praesentium notum facimus et attestamur, quod, cum in concilio provinciali nuper Mechliniae celebrato difficultas per quosdam mota fuisset ob canonem quemdam sub titulo : *De beneficiis et officiis ecclesiasticis* sancitum, quo agitur de anno, quem vocant *gratiae*, abolendo[1], et inter alios reverendus dominus Petrus Pantinus, protonotarius apostolicus, decanus et canonicus insignis collegiatae ecclesiae sanctae Gudulae Bruxellensis, dicti concilii secretarius, sub debita reverentia contra eundem canonem abolitionemque in eo contentam nomine sui capituli protestatus fuisset, asserendo a primaeva fundatione prae-

[1]) Voyez DE RAM, *Synodicum Belgicum*, I, p. 308. — Nous avons eu l'occasion de parler de l'*annus gratiae*, ci-dessus, p. 201.

memorati capituli, nempe ante annos quingentos sexaginta, privilegium praefati anni gratiae a Balderico, duce Brabantiae, suis consessum, ac postea non interrupta possessione continuatum, et statutis ejusdem capituli tam veteribus quam novis confirmatum, nullo modo eidem auferre posse aut debere : re per nos ac reverendissimos dominos coëpiscopos nostros, concilium provinciale, ut praefertur, celebrantes, accuratius examinata, visis insuper ad majorem ejus certitudinem litteris allegatae fundationis, declarasse, prout declaravimus et declaramus, intentionem nostram minime fuisse aut esse praedicto capitulo ecclesiae sanctae Gudulae, aut aliis simile privilegium ex fundatione obtinentibus, in ullo praejudicare, prout nec praejudicatum esse volumus quoad annum gratiae praememoratum. In cujus nostrae et reverendissimorum coëpiscoporum nostrorum intentionis ad declarationis fidem praesens testimonium, manu nostra subscriptum et sigilli nostri appensione munitum, per infrascriptos praefati concilii secretarios expediri jussumus. Datum Bruxellae, in palatio archiepiscopali, die trigesimo mensis julii, anno Domini m. dc. vii.

Matthias, archiepiscopus Mechliniensis.
Joannes, episcopus Antverpiensis.
Ghisbertus Masius, episcopus Buscoducensis.

De mandato illustrissimorum et reverendissimorum dominorum :

Petrus Pantinus, protonotarius apostolicus.
Dionysius Christophorus, cathedralis ecclesiae Brugensis canonicus et scholasticus.

Original sur parchemin avec trois sceaux sur papier, pendants, à double queue de parchemin, aux Archives de l'église de Sainte-Gudule, à Bruxelles.

31.

Lettres du chanoine Zuallart au sujet du rapport adressé au souverain Pontife sur l'état du diocèse de Tournai, en 1659. — Extrait de ce rapport.

Nous avons publié dans le tome I des *Analectes*, p. 299 et suiv., un rapport adressé à Innocent X, par François Vilain de Gand, évêque de Tournai, sur l'état de ce diocèse en 1648. Conformément aux prescriptions canoniques[1], le même évêque envoya un rapport en 1659, et chargea le chanoine P. M. Zuallart[2] d'aller le présenter en son nom au Souverain Pontife Alexandre VII. Le délégué reçut aussi la mission de solliciter certaines faveurs pour l'évêque de Tournai, et d'obtenir du Saint-Siége la suppression d'abus dont l'évêque avait à se plaindre. Un des principaux sujets de plainte, c'était la conduite répréhensible tenue par l'abbé de Saint-Amand vis-à-vis de quelques religieux de ce monastère. Nous donnons en appendice le passage du rapport de l'évêque qui se rapporte à cette affaire.

Les lettres du chanoine Zuallart contiennent des détails très-intéressants sur la marche des négociations entamées avec la cour de Rome.

I.

De Rome, 11 d'octobre 1659.

Monseigneur,

J'espère que Votre Seigneurie illustrissime et révérendissime aura receu mes lettres du sept du passé par lesquelles

[1]) Voyez *Analectes*, I, p. 98.

[2]) Pierre-Marie Zuallart était licencié en droit. Il fut reçu chanoine de Tournai le 7 octobre 1639, et mourut le 9 juin 1673. Il rapporta de

je me donnois l'honneur de l'advertir de mon arrivée en cette ville; les présentes luy vont rendre compte de ce que j'ai besogné. Quelques devoirs j'ay peu faire, je n'ay sceu avoir audience de Sa Sainteté que la veille de son partement, qui fut le premier de ce mois à une demi journée d'icy où il se va divertir quelque temps. Il fut informé assez particulièrement de votre famille, aage, santé et en gros de l'estat du diocèse par monseigneur Furstenberg, l'un de ses sommeliers de courtines, immédiatement devant que j'entrasse. C'est pourquoy on me dit que je ne devois faire autre chose que de me jeter à ses pieds pour les baisers et recevoir sa sainte bénédiction. Mais voyant le bon accueil qu'il me fit, je ne sceus m'enpecher de luy faire un petit discours en latin; il eut la bonté de le recevoir de bonne part et de m'entretenir assez longtemps fort familièrement. Il est tout bon, et si on le laissoit suivre ses inclinations, il donneroit toute sorte de satisfaction à un chacun. Il dit la messe tous les jours de grand matin, et entend une seconde pendant qu'il fait ses actions de grâces avant que se mettre aux affaires. Il m'a fait espérer quelque belle relicque quoyqu'il en soit bien ciche aussi bien que des indulgences.

Peu de jours après mon arrivée, je fus présenter l'estat du diocèse et ma procure à monseigneur de Vecchi, secrétaire de la Congrégation. Il me pria de le faire mettre en caractère italien, pendant que je m'acquitterois de la visite *dei sacri limini*. Ce que j'ay fait, et le suppliay de me vouloir despescher au plutôt affin de pouvoir retourner avant les grandes froidures. Il me dit qu'il n'y auroit pas de Congrégation avant la fin de novembre; et s'estant donné le loisir mardy dernier de faire la lecture dudit estat, je luy donnay appaisement sur chasque point affin d'en informer la sacrée Congréga-

Rome, vers l'année 1647, le corps de saint Marian, qu'il confia à l'abbaye du Saulchoir, et qui est maintenant possédé par les Carmélites de Tournai. (*Note communiquée par Mgr Voisin, vic.-gén. à Tournai.*)

tion, et d'en tirer les résolutions conformes à vos intentions.

Quant au premier qui est l'annexion des paroisses de Saint-Brixe, etc. à votre diocèse[1], il me dit qu'il avoit expérimenté la mesme difficulté dans son diocèse à cause d'un village dont la moitié estoit du diocèse voisin; et qu'il croyoit cette affaire assez difficile pour l'opposition infaillible de monseigneur l'archevesque. Mais luy ayant réplicqué qu'il seroit suffissamment récompensé par la moitié de la ville de Valencienne, qui est du diocèse d'Arras, et qu'on seroit obligé de luy céder en cas que l'Artois demeurast aux François (comme le bruit en estoit assez grand), ou qu'en tout événement on pourroit faire condescendre l'esleu d'Arras avant que luy octroyer ses bulles de confirmation, ou qu'au pis aller on le recompenseroit de quelques villages situés aux confins de son diocèse, il avoua cest expédient, et fut d'avis de donner commission à monseigneur l'Internonce pour disposer cette affaire, si Votre Seigneurie illustrissime le trouve bon.

Quant au changement des offices de saint Piat et saint Eleuthère[2], il dit que moins que d'avoir des grands et évidents appoissemens, on devoit tousjours présumer en faveur de l'antiquité.

Quant au troisième[3], il ne sçavoit assez louer votre constance et bonne conduitte au fait de l'abbé de Saint-Amand, je ne luy parlay pas d'aucune résolution la dessus d'autant qu'il y avoit des juges délégués du Saint-Siége, et que le bon abbé s'estoit jetté dans des fillets desquels il aura bien

[1]) Dans le rapport de l'évêque, présenté en 1648, il est déjà question de l'annexion au diocèse de Tournai des trois paroisses situées sur la rive droite de l'Escaut. Voyez *Analectes,* I, p. 301 et suiv.

[2]) Voyez au sujet de ce changement le rapport de 1648, *Analectes,*, I, p. 305 et suiv.

[3]) Voyez le rapport de 1648, *Analectes,* I, p. 323 et suiv., 330 et suiv., et l'extrait du rapport de 1659, ci-dessous n° IV, p. 355.

de la peine à se despestrer : c'est un trait pareil a celuy d'avoir contrefait le mort.

Touchant les monts d'impiété[1], il me dit qu'il estoit tout à fait nécessaire d'y apporter remède. Et quant aux difficultés avec les réguliers[2], tant pour les confessions qu'enterremens, il me dit qu'il y avoit jà diverses resolutions la dessus; qu'il croyoit devoir donner satisfaction à Votre Seigneurie illustrissime, comme aussy sur le reste des points. Il me fit faire un mémorial ce mesme soir pour envoyer au cardinal patron affin qu'il traitteroit avecq Sa Sainteté pour la descharge de la visitte et de l'absolution *a censuris* en cas que, nonobstant les excuses légitimes, Votre Seigneurie illustrissime les auroit encourrues pour n'y avoir satisfait à temps. Je fais estat d'aller la sepmaine prochaine solliciter la résolution, affin de pouvoir retourner aussitôt, laissant une ample instruction à monsieur Sigisbert Natalis, qui m'a donné toute l'adresse en mes affaires, il témoigne un grand zèle pour notre service. Votre Seigneurie illustrissime l'y attacheroit encore davantage, si elle avoit la bonté d'escrire en sa faveur à monsieur le conseiller Vander Beck pour faire cesser les difficultés qu'on suscite mal à propos pour empescher le placet de son doyenné de Lille. J'en supplie très-humblement Votre Seigneurie à cause des grandes obligations que je luy ay pour les bons devoirs qu'il m'a rendu.

Après avoir bien contesté avec le révérend père Noyelle et et un autre père pénitencier qui avoit obtenu les indulgences de la confrérie à Courtray, qui ne vouloient pas advouer d'y avoir aucune faute ni inconvénient, j'ay ce matin fait expédier un bref nouveau y ayant fait insérer *erecta vel erigenda* et obmettre les flagellations.

[1]) L'évêque parle du mont-de-piété de Tournai dans le rapport de 1648, *Analectes*, I, p. 309 et suiv.

[2]) Voyez sur ces difficultés le rapport de 1648, *Analectes*, I, p. 334 et suiv.

Un marchand de cette ville m'a monstré, passé trois sepmaines, un ordre de son correspondant de Venize pour compter une bonne somme d'argent à l'archevesque de Cambray. Luy ayant dit qu'il n'estoit pas ici, ni en apparence d'y venir, il en escrivit à son dit correspondant qui a réplicqué qu'il faut délivrer la dite somme à la personne propre de l'archevesque et non à d'autre. Je ne sçaurois pourtant me persuader que ce bon viellard auroit prit cette généreuse résolution; mais je sçay bien celle que j'ay prise d'être toute ma vie avec permission, Monseigneur,

De Votre Seigneurie illustrissime et révérendissime
très-humble, très-obéissant et très-fidel serviteur,

P. M. Suallart.

De Rome, 25 octobre 1659.

II.

Monseigneur,

J'ay receu celles dont il a plu à Votre Seigneurie illustrissime et révérendissime m'honnorer du 2e du courant; j'espère qu'elle aura aussy receu mes dernières de l'onzième, par lesquelles je luy rendois compte de tout ce que j'avois peu négotier jusques à la présentation d'un mémorial à Sa Sainteté pour l'absolution *a censuris* en cas de besoing, sur lequel Sa dite Sainteté veut communiquer avec monseigneur de Vecchi, secrétaire de la Congrégation, avant rien résoudre. Ce qui m'oblige d'attendre son retour qui sera dans peu de jours. Je vois bien qu'il me faudra souffrir les extrêmes froidures à mon retour, comme j'ay fait les chaleurs en venant. Je disposeray si bien les affaires auparavant, que j'espère que Votre Seigneurie illustrissime aura une entière satisfaction sur tous les points de son estat et de sa lettre, hormis l'union d'une prébende à sa mense episcopale, où il y a un peu

plus de façon. Feu monseigneur (dont la mémoire est en bénédiction) me fit l'honneur demi au devant mourir, de me demander mon advis sur ce point et sur l'instance importune qu'on luy faisoit d'intenter le procez sur l'exemption du chapitre. Si notre Bon Dieu me fait la grâce de pouvoir retourner, je diray à Votre Seigneurie illustrissime les raisons que j'allégay lors pour ne rien innover, après lesquelles si elle n'est de même sentiment, je luy suggérerai le vray moyen de parvenir à ses desseins.

Si Votre Seigneurie illustrissime m'eut envoyé copie de la lettre du cardinal Sachetti touchant les prétentions du curé de Saint-Sauveur à Lille, j'eusse esté plus instruit pour le mieux informer. Il faudra luy faire une lettre sur les blancs signez que j'ay apportéz avec moy. Je n'ay encore fait de visitte qu'au cardinal patron et à Ginetti. Ils sont si courtois et si pleins de complimens qu'à moins de sçavoir que c'est leur ordinaire, on auroit de la confusion. Presque tous les autres cardinaux dont on aura besoing, sont aux champs pour respirer un ayr plus sain que celuy de Rome, où ils ont enduré de telles chaleurs l'esté passé qu'ils n'ont mémoire d'avoir souffert de pareilles; elles sont encor à présent assez aspres de jour, j'ay de la peine à m'y accommoder et j'ay eu peur de faire *vacat in curia* ayant veu mourir depuis mon arrivée cinq flamens assez considérez.

Quant aux nominations de Louvain, je trouve qu'à l'autre visitte il y a eu cette résolution : *Nichil decerni potest ipsa Academia inaudita, et exhibito brevi apostolico ad favorem ejusdem Academiae emanato.* Je ne crois pas qu'on pourra obtenir autre chose sans avoir satisfait à ces deux conditions, ce qui est facile.

Touchant la confusion que causent tous ces nouveaux autheurs de cas de conscience, il y a longtemps que je l'ay préveue. Ce sont les effets de la science qui

a plus de vanité que de charité, et qui destruit ce que celle-cy édifie. On s'estudie tellement à dilatter le chemin au libertinage que ceux qui s'y veullent opposer, tonbans dans un zèle indiscret, augmentent plutôt le mal au lieu d'y apporter le remède se tenant au milieu. La France (où les esprits se subtilissent si fort qu'ils s'évanouissent en leurs conceptions) estant agitée de cette maladie, entraisne ses voisins au mesme désordre et donne icy bon de la besoigne à les appaiser. Il semble que ce mal n'est pas encore venu à sa crise pour y apporter un remède efficace. Je ne laisseray pas de le remontrer de votre part pour témoigner de plus en plus votre zèle et vigillance; et je ne laisseray échapper aucune occasion où je puisse faire paroître que je suis véritablement,

De Votre Seigneurie illustrissime et révérendissime
très-humble, très-obéissant et très-fidel serviteur,

P. M. Suallart.

III.

De Rome, 8 novembre 1659.

Monseigneur,

J'ay enfin obtenu la grâce cy-jointe par le crédit du cardinal patron, de quy j'ai pris congé ce matin. La descharge de la visitte ne se peut donner que par la sacrée Congrégation. On m'a promis que la première qui sera sur la fin de ce mois, on présentera l'estat du diocèse pour avoir ladite descharge, et les résolutions à la suivante qui se fera en décembre. Il m'a fallu mettre par escrit les informations à la *sacra Congregatio rituum* touchant les propositions du curé de Saint-Sauveur. J'ai fait proposer par un confident au cardinal dataire l'union des trois paroisses à votre évesché, et remonstrer les grands inconvéniens qu'elles apportent

présentement. Il y témoigne beaucoup d'inclination; mais il croit ne se pouvoir faire sans l'aggréation du Roy et de l'archevesque. Si je retourne par la France et Cambray, je luy en feray ouverture, et je crois que, moyennant la moitié de la ville de Valencienne, qu'il s'estimera indemné. Touchant l'union d'une prébende à votre mense épiscopale, il y trouve plus de difficulté à raison que votre éveschié est assez bien dotté; mais je sçay un autre moyen pour le faire réussir.

Le fils de feu Goffet, présenté à une des bourses de Padoue, est icy venu, passé trois jours, impatient d'y attendre la vacance; et il y a bien trois ans que celuy qui avoit esté présenté auparavant, luy et le fils de Rondelius, a quitté l'université, de façon qu'il n'y a plus là personne pour réclamer les bourses vacantes qu'on met aux attaches; et si ceux qui en sont capables, ne se présentent pas en dedans un mois, le patriarche les pourvoit *ad libitum.*

J'ay mis le reste des affaires en tel estat que j'espère que tout réussira à votre satisfaction, et je pense à partir dans trois ou quatre jours (Dieu aydant), et d'aller rendre compte en particulier de tout ce que j'ay négotié, à Votre Seigneurie illustrissime et révérendissime de laquelle je demeure

très-humble, très-obéissant et très-fidel serviteur,

P. M. Zuallart.

IV.

Extrait du rapport de 1659.

Accidit a quinque annis, ut post obtentam in judicio possessorio coram judicibus regiis juxta usum patriae, contra Nicolaum Du Bois abbatem et conventum monasterii S. Amandi, ordinis sancti Benedicti, in materia jurisdictionis ordinariae episcopus instituerit visitationem canonicam,

Le jeune François Boels entra dans la Société de Jésus, à Malines, le 24 septembre 1618, deux ans après le bienheureux Berchmans. Il mourut à Anvers le 2 août 1625. Voici un extrait de la note qui lui est consacrée dans l'obituaire de la Société : « Obiit Antverpiae in collegio, secunda augusti, frater noster Franciscus Boels, Amstelrodamensis, theologiae moralis studiosus, anno aetatis vigesimo nono, ab ingressu in societate septimo. Mirus in eo candor et sinceritas animi elucebat;... mira ipsius ad fidem conversio. Cum enim a matre haeretica, recreationis caussa Mechliniam missus esset, R. D. cantor Mechliniensis, zelo pio ductus, eum in domum suam recepit, in qua etiam tunc temporis morabatur frater

noster piae memoriae BERCHMANNIUS, cujus pietate et insigni hospitis benevolentia fidem nostram suscepit, et ita in eadem profecit, ut boni sui condiscipuli, quocum solemne aliquod pietatis foedus inierat, biennio post vestigia sit secutus, societatem nostram ingrediendo. In qua zelum suum magnopere exercuit tum ad pagos excurrendo tum pueros vicatim conquirendo, ut catholicae fidei elementis eosdem imbueret, quod ille singulari affectu prosequebatur, ita ut se totum tenerae juventuti informandae tradidisse videretur. Sed in hisce catechismi laboribus inopina eum febris aggressa tandem omnibus munitum sacramentis ex hoc mortali corpore liberavit. Antverpiae, 10 augusti 1625. *Signatum* : GUALTHERUS, Clericus. (Clerckx). "

Rapport adressé au Souverain Pontife, Urbain VIII, par Denis Christophori, évêque de Bruges, sur l'état de son diocèse, en 1628[1].

Beatissime Pater,

Devota creatura vestra Dionysius, episcopus Brugensis, satisfacere volens obligationi suae, qua non tantum ex constitutione apostolica sed etiam ex vi juramenti in sua consecratione praestiti tenetur per seipsum vel, si legitime impeditus fuerit, per nuntium specialem singulis quadriennis visitare limina apostolorum et rationem reddere de toto suo pastorali officio ac rebus omnibus ad ecclesiae suae statum pertinentibus, declarat se nihil umquam magis in votis habuisse quam ut hoc munus personaliter per seipsum implere posset; quam enim Urbem alias secundo visit, et in qua dudum moratus fuit, multoties ante suam ad episcopatum promotionem statuit tertio revisere, quod hac justissima occasione procul dubio exequeretur, si dioecesis suae status id ullatenus permitteret.

Cum enim magna illius pars occupetur ab haereticis, utpote qui in ea possident quinque oppida fossis et moenibus cincta, item alia duo municipia nomine et privilegiis clausorum oppidorum gaudentia, et undecim pagos; cum etiam sint alia quinque municipia et triginta tres pagi, qui et quae praedictis haereticis menstrue tributum pendunt, et quo milites ipsorum praesidiarii quotidie excurrunt, libereque cum incolis illorum locorum licet alioquin catholicis conversantur, facile est judicare dictam creaturam absque periculo et jactura ovium sibi commissarum tanto tempore a residentia sua abesse non posse, eo magis quod experientia didicerit, quod ea, quae in sua dioecesi ad religionis augmentum et morum disci-

[1]) Voyez *Analectes*, I, p. 98.

plinam spectantia salubriter instituit, nisi pro illorum observatione magna cum sollicitudine jugiter advigilaret, eo quod nondum longo usu sint firmata, statim infringerentur et penitus conciderent, ut etiam propterea haec dioecesis tantam oratoris absentiam non patiatur.

Ut autem obedientiae suae debitum huic sanctae Sedi Apostolicae, cujus se obsequentissimum filium profitetur et gloriatur, persolvat, deputavit suum procuratorem et nuntium specialem dominum Joannem Veldium, S. T. L., hujus ecclesiae canonicum et archipresbyterum civitatensem[1], de statu dioecesis Brugensis sufficienter instructum, ut suo nomine limina sanctorum apostolorum Petri et Pauli post Sanctitatis Vestrae pedum oscula et obedientiam praestitam visitet, statumque dioecesis Brugensis, hoc volumine comprehensum, ad manus Sanctitatis Vestrae tradat et verbotenus etiam, quatenus necesse fuerit, ea, qua decet, reverentia exponat, supplicans eadem creatura ut Sanctitas Vestra dictum suum procuratorem ad hunc actum visitationis liminum juxta morem Romanae curiae pro primo quadriennio admittere dignetur; et quia in ea bona fide semper fuit, ut crediderit sibi tempus visitationis non currere nisi a die suae consecrationis, quando scilicet juramentum de visitandis liminibus praestitit, humiliter petit, si forsan idem tempus aliter computandum sit, ab omni censurarum incursu absolvi, non tantum attenta bona ipsius fide, sed etiam quod in anno a sua consecratione per nuntium apostolicum Belgii transmiserit ad sacram congregationem de propaganda fide perfectam relationem status ecclesiae suae circa negotium religionis; in quo eidem congregationi abunde satisfecit, ut ex illius rescripto Sanctitati Vestrae praefatus dictae creaturae nuntius constare faciet.

[1]) Jean Vande Velde, de Bruges, licencié en théologie, fut nommé archiprêtre le 10 janvier 1623. Il mourut le 3 octobre 1635.

STATUS DIOECESIS BRUGENSIS.

Dioecesis Brugensis sita est in septentrionali parte comitatus Flandriae, quae amplissima et potentissima est inter septemdecim provincias Belgii. A septentrione et una parte orientis alluitur a mari Oceano, altera parte orientis et meridie confinit cum episcopatu Gandensi, ab occidente denique concluditur episcopatu Iprensi. Habet in longitudine 41, et in latitudine circiter milliaria italica 22.

Sunt porro in hac dioecesi praeter civitatem Brugensem oppida moenibus et fossis cincta eaque munitissima numero sex, videlicet : Ostenda, Damma, Slusa, Ardenburghum, Oostburghum et Ysendycka. Sunt et alia oppida numero duodecim, quae, licet non sint cincta fossis, gaudent tamen privilegiis clausorum oppidorum videlicet Middelburghum, Oudenberghum, Thoralthum, Ghistella, Rollarium, Blanckeberga, Houcka, Muda, Breskinum, Caprickum, Eeckelonia et Biervlietum. Praeter haec utriusque generis oppida sunt in hac dioecesi pagi numero 114, de quibus omnibus eorumque appendentiis et statu dicetur latius suis locis inferius.

§. 1. *De civitate Brugensi.*

Bruga, oppidum olim celeberrimum et totius Belgii florentissimum emporium anno Domini 1559 ad instantiam Philippi secundi, regis Hispaniarum, per felicis recordationis Paulum PP. IV. erectum fuit in civitatem[1], quae ampla est et ob figuram, quam fere habet rotundam, capacissima, habens quatuor circiter milliaria italica in circuitu ; duplicibus deinde fossis cum aquis et moenibus etiam duplicibus circumdatur. Septem etiam portis contra vim et stratagemata hostium munitissimis clauditur, ac denique ingressus et egressus in civitatem per flumen catarachtis et aliis impedimentis egregie cus-

[1]) Suppléez : *episcopalem*.

toditur. Sita est autem quasi in meditullio totius dioecesis.

In hac civitate praeter ecclesiam cathedralem divo Donatiano, confessori pontifici, sacram sunt duae aliae collegiatae beatae Mariae et sancto Salvatori dicatae, quae etiam sunt parochiales. Praeter has quinque sunt aliae parochiales ecclesiae videlicet, sanctae Walburgis, sancti Jacobi, sancti Egidii, sanctae Annae et sanctae Catharinae. Sunt praeterea in hac civitate erectae aliae ecclesiae sive sacella egregiae formae et structurae numero viginti et duo. Hospitalia et nosocomia, aliaeque piae fundationes comprehenduntur partim sub monasteriis monialium, partim sub praetactis sacellis, partim denique recensebuntur inferius ante titulum de monasteriis.

Monasteria sive collegia virorum religiosorum sunt numero duodecim; monasteria monialium, comprehenso Beghinasio sunt numero viginti.

Est denique in eadem civitate seminarium pro theologis, qui formantur ad suscipiendam curam animarum in ecclesiis ruralibus hujus dioecesis. De quibus omnibus eorumque statu, quemadmodum etiam de scholis, quae sunt maximo numero, ac montibus pietatis dicetur singulatim suis locis.

§. 2. *De ecclesia cathedrali.*

Chorus hujus ecclesiae fuit olim sacellum satis angustum castri comitis Flandriae a Lyderico primo comite exstructum anno 621, dicatumque in honorem beatae Mariae Virginis, et postea anno 801, a Lyderico Harlebecano renovatum, ac per Balduinum Ferreum anno 863 reliquiis corporis sancti Donatiani, archiepiscopi Rhemensis, exornatum opibusque auctum; in quo deinde Arnulphus magnus anno 940 praepositum et canonicos duodecim instituit et dotavit. Successu vero temporis sicut idem sacellum incrementum accepit in structura, evasitque tandem in insignem ecclesiam, quae tunc

dicata fuit in honorem praetacti sancti Donatiani ob dictas ejus reliquias in eam illatas, exstructa alia ecclesia sub invocatione beatae Mariae Virginis, ita etiam crevit paulatim numerus canonicorum, ac tandem anno 1559 ad instantiam Philippi II, regis Hispaniarum, per felicis recordationis Paulum papam quartum erecta fuit in cathedralem, atque Mechliniensi ecclesiae tamquam metropolitanae subjecta, incorporatis pro dote mensae episcopali bonis omnibus praepositurae et una praebenda ejusdem ecclesiae necnon domo habitationis praepositi, quae nunc est palatium episcopale, situm juxta ecclesiam, de cujus statu dicetur paulo inferius, item bonis omnibus abbatiae sancti Bertini infra districtum hujus dioecesis constitutis, annexis denique bonis abbatiae Thosanae, ordinis Cisterciensis, cum titulo abbatis et onere sustentandi in perpetuum tot ad minus monachos, quot tunc erant superstites. Erant autem tunc numero viginti et tres. Quae tamen abbatia auctoritate Sedis Apostolicae de consensu Regis Catholici iterum dismembrata fuit ab episcopatu Brugensi anno 1627 et annexa abbatiae Dunensi, ex qua prodierat. Quorum omnium bonorum pro dote episcopali assignatorum valor aestimabatur tempore incorporationis et annexionis ad tria millia ducatorum auri de camera, qui tamen nunc ob rerum omnium ac etiam monetae mutatum et auctum pretium superat quatuor millia ducatorum ejusdem monetae.

Palatium episcopale, de quo paulo superius, quando orator ad episcopatum electus fuit, adeo caducum et ruinosum erat, ut capitulum, sede adhuc vacante, decreverit notabilem illius partem a fundamentis renovandam, impetrata in eum finem per oratorem a Sede Apostolica licentia gravandi bona episcopatus diversis reditibus valoris in denariis capitalibus ad summam 12364 florenorum; quae summa, cum insufficiens esset ad conceptam aedificationem perficiendam, coactus fuit orator exponere de proprio aliam similem vel forsan majorem sum-

35.

mam; et nihilominus restat adhuc aliqua pars incepti operis perficienda et alia insuper magna pars ejusdem palatii restauranda.

Ex causa porro praedictae praepositurae episcopatui unitae habet episcopus temporalem jurisdictionem in diversis locis comitatus Flandriae tam in ipsa civitate et dioecesi Brugensi quam extra eam, in episcopatu praesertim Iprensi. Ad quam jurisdictionem exercendam tam in causis civilibus quam criminalibus habet diversos praetores et magistratus, habentes unum eumdemque praetorem : unus constans ex canonicis ecclesiae cathedralis et alter ex 27 feudatariis ejusdem praepositurae, qui *rationatores* nuncupantur. Uterque hic magistratus congregatur in curia seu consistorio praepositali singulis hebdomadis pro administranda justitia, ex canonicali quidem magistratu quatuor canonici singulis feriis sextis, et ex rationatoribus, quotquot volunt interesse, singulis sabbathis. Extra vero dioecesim Brugensem in episcopatu Iprensi sunt quatuor distincti praetores et magistratus videlicet Bergensis, Belliolanus, Casletensis et Furnensis; qui magistratus singulis annis vel saltem biennio renovantur per commissarios ab episcopo ad illa loca sive territoria directe, vel per ipsos praetores litteratorie, ad hoc authorisatos. Tota haec jurisdictio praepositalis tam intra quam extra dioecesim Brugensem subjicitur superioritati comitis Flandriae, cujus tribunal agnoscere debet tam active quam passive, ideoque non magni aestimanda praesertim ea pars, quae extra dioecesim est constituta, quae longe maxima est, cum non tantum ex eadem parte nihil accedit episcopo auctoritatis vel praerogativae circa regimen et administrationem sui episcopatus, sed quia ob eandem multas saepe molestias patitur, ut vasallos suos defendat ab impetitione aliorum dominorum et magistratuum saecularium, a quibus frequenter vexantur, et ipsa jurisdictio impugnatur non sine magno gravamine et inquietudine dictorum vasallorum.

Parum inde accedit episcopo commodi, cum emolumenta provenientia ex dictis quatuor praetoratibus non excedant annue 230 coronatos.

Praeter pontificalem sex alia sunt in hac ecclesia dignitates videlicet decanatus, archidiaconatus, cantoria, archipresbyteratus, poenitentiaria et scholastria; ex quibus dignitatibus sunt tantum tres primaevae fundationis : decanatus, cantoria et scholastria. Solebat autem decanus eligi ex corpore capituli per capitulares idque libera electione, jure hoc sibi ab Apostolica Sede concesso; nunc vero, a tempore Philippi II, regis Hispaniarum, ipse rex et principes Belgii nominarunt ad hanc dignitatem, tamquam primam post pontificalem, personam sibi gratam, sive ex corpore capituli, sive extraneum, mandantes capitulo, ut talem personam eligant.

Incumbit decano cura animarum tam canonicorum quam clericorum omnium ecclesiae huic deservientium; debentque illi, salvà dioecesani episcopi auctoritate, de spiritualibus respondere.

Cantoria est etiam dignitas electiva, ad quam capitulum libere eligit unum ex suo corpore. Est autem cantoris curare, ut divinum officium rite, distincte, solemniterque pro festorum et dierum qualitate decantetur. Est etiam ipsius in festis decanalibus et cantoralibus, ut vocant, assistere ad pulpitum cantorale cum succentore pro intimatione antiphonae et hymnorum et intonatione psalmorum.

Scholastria non est dignitas electiva, nec habet aliquam praeeminentiam loci in choro vel capitulo, sed confertur a Sede Apostolica vel ab episcopo, prout occurrit vacatio in eorum mensibus. Incumbit autem scholastico cura scholae capitularis, et ut pueri ecclesiae, videlicet chorales et refectionales, non tantum in studiis sed etiam in moribus et coeremoniis ecclesiae bene instituantur. Habet etiam onus scribendi litteras, quae nomine capituli scribendae occurrunt.

Tres reliquae dignitates, videlicet archidiaconatus, archipresbyteratus et poenitentiaria institutae fuerunt per bullam erectionis episcopatus, et secundum eandem habent distincta onera ac honores et praeeminentias, sed nulla prae caeteris canonicis emolumenta. Collatio harum dignitatum spectat ad episcopum.

Canonicatus et praebendae ecclesiae sunt numero triginta et una; ex quibus viginti et septem dicuntur aequales, quia possessores illarum aequaliter participant in grossis fructibus; qui vero reliquos quatuor canonicatus possident, vocantur parvi canonici, et de dictis grossis fructibus non participant, licet in perceptione distributionum chori et aliorum manualium necnon in aliis omnibus praeeminentiis ac honoribus prioribus sint aequales. Ex praedictis viginti et septem aequalibus praebendis una est incorporata, juxta bullam erectionis episcopatus, mensae episcopali; altera est ab antiquo decanatui annexa; tertia est concessa et unita per Sedem Apostolicam fabricae hujus ecclesiae pro sustentatione puerorum choralium, novem vero alia sunt affectae, juxta praedictam bullam erectionis, graduatis in theologia vel jure canonico, et, occurrente vacatione, conferuntur alteri graduato, secundum tenorem ejusdem bullae, episcopi et caeterorum canonicorum[1] superessentium communibus votis; et si contingat vota esse paria, duplicem tunc episcopus vocem habet.

Reliquae omnes praebendae, quae, inclusis quatuor minoribus, sunt numero novemdecim, conferuntur absolute, extra casum nominationis Lovaniensis, per Sedem Apostolicam in octo, et per episcopum in quatuor mensibus; quamquam orator vigore gratiae alternative conferat in alternis mensibus cum Sanctitate Vestra.

Praebendae hujus ecclesiae non sunt distinctae quoad ordi-

[1]) Ne faut-il pas suppléer : *graduatorum?*

nes sacros, quia ab antiquo canonici fuerunt semper pro majori parte sacerdotes, et etiamnum omnes sunt sacerdotes, exceptis quinque, quorum duo sunt diaconi et tres subdiaconi. Omnes canonici resident, exceptis duobus, qui agunt in Universitate Lovaniensi.

Valor viginti et septem praebendarum aequalium secundum communem aestimationem non excedit viginti et quatuor ducatos auri de camera; tamen secundum verum valorem, computatis ultra grossos fructus etiam distributionibus coeterisque accidentibus et manualibus, superant nonnihil trecenta scuta monetae Romanae; verus autem valor quatuor minorum praebendarum ad medium valorem vel paulo amplius praebendarum aequalium aestimatur.

Est haec ecclesia etiam parochialis habens sub se omnes officiarios principis, monetarios, item senatores et officiarios jurisdictionis praepositurae hujus ecclesiae necnon paucos alios saeculares, angustis limitibus antiqui castri ejusdem principis comprehensos, cum suis familiis; qui omnes faciunt communicantium numero 800 circiter. Pastor habet locum digniorem post canonicos, et recipit distributiones et accidentia chori, non de jure sed de gratia tantum capituli.

Capellaniae hujus ecclesiae sunt duplicis generis : aliae autem dicuntur capellaniae de gremio chori, quia possessores illarum habent stallum in choro et percipiunt distributiones et accidentia chori aequaliter cum canonicis; et tales capellaniae sunt numero viginti, et eorum possessores resident numero quatuordecim. Omnes hae capellaniae habent annexum ex fundatione ordinem sacerdotii, spectantque ad collationem capituli sive canonicorum, illas communibus suffragiis conferentium. Aliae vero dicuntur capellaniae de extra chorum, quia possessores non habent residentiam in choro neque jus ad distributiones, sed tantum tenentur satisfacere oneribus missarum suis capellaniis impositis; ac istius generis capellaniae sunt magno numero, et conferuntur a canonicis

praefatis per turnum, qui pro singulis canonicis singulis vicibus durat per integram hebdomadam.

Onera missarum, quibus capellaniae utriusque generis gravantur, quemadmodum et onera servitiorum descripta sunt in tabula pendente in sacristia cum designatione dierum et horarum, quibus missae exonerari debent, et expressione personarum, quae illas exonerant. Omnibus autem illis debite satisfit quemadmodum et fundationibus anniversariorum, quae sunt hoc tempore numero 45.

Praeter hos utriusque generis capellanos sunt insuper quatuor alii capellani, per Theodoricum et Sybillam ejus conjugem, comites Flandriae, fundati in sacello sancti Basilii prope ecclesiam cathedralem et sub ipsius jurisdictione erecto. Qui etiam habent jus ad partem distributionum, quas pitantias vocant, cathedralis, pro quibus lucrandis obligantur se tantum praesentare in choro ejusdem ecclesiae sub summa missa et vesperis, absque eo quod teneantur in iisdem officiis perseverare aut cantare. In praedicto autem sacello celebrant una cum custode divinum officium, missam videlicet cantando et septem horas canonicas legendo. Quare horarum lectio saepe fit valde indecenter et defectuose; et sane orator non facile videt modum illi incommodo occurrendi ob paucitatem ministrorum, uno autem illorum aut altero absente, aegrotante, rauscescente vel senio confecto, superest quandoquidem tantum unus vel duo ad praedictas horas recitandas. Unde illi ipsi capellani, considerantes hoc incommodum, supplicarunt alias oratori, quatenus ipsos ab horarum praedictarum in praefato sacello lectione absolvendo concedere vellet, ut eidem obligationi praedictas horas in ecclesia cathedrali cum cantu persolvendo satisfacere possint et valeant, manente tamen obligatione missam quotidie in praedicto sacello decantandi. Verum orator nihil voluit desuper constituere, inconsulta Sede Apostolica; supplicat igitur Sanctitati Vestrae, ut hac in re judicium suum interponere

necnon declarare dignetur, an orator postulationi dictorum capellanorum annuere possit.

Collatio harum capellaniarum spectat ad Summum Pontificem et episcopum Brugensem modo, quo supra dictum est de collatione praebendarum hujus ecclesiae cathedralis.

Officium divinum in ecclesia cathedrali solet fieri secundum antiquum usum ejusdem ecclesiae, quae habebat breviarium et missale proprium; sed anno 1610 assumpsit capitulum officium secundum usum Romanum, quod totum fit quotidie cum cantu pro qualitate festorum et officii decenter et reverenter, et quidem diebus dominicis et festivis necnon etiam diebus feriatis, quando officium est solemne, cum musica et organo. Committi quidem solebant plures defectus circa substantiam et integritatem divini officii praesertim circa missas, de quibus tamen capitulum quandoque ab oratore admonitum jam tandem obtinuit, ut officium integre et praecise celebretur secundum rubricas missalis et breviarii Romani. Introductus etiam in hac ecclesia usus coeremoniarum Romanarum juxta decreta synodi provincialis Mechliniensis a Sede Apostolica confirmata, quoad per ipsius ecclesiae constitutionem et statum ac regionis mores fieri potuit. Coepit autem hic usus in praxim redigi in festo nativitatis sancti Joannis Baptistae proxime praeterito, idque satis feliciter.

Sunt in hac ecclesia insignes et notabiles reliquiae sanctorum, videlicet : Magna pars corporis sancti Donatiani, episcopi Rhemensis, patroni ejusdem ecclesiae; item notabilis pars spinae dorsi sancti Basilii magni, ejusdem ecclesiae secundarii patroni; item major pars cranii sancti Joannis Chrysostomi; item notabilis pars ossium sancti Maximi, episcopi Regiensis, similiter et sancti Chrysolii, episcopi Armeni et martyris, apostoli Flandriae. Quorum quinque sanctorum reliquiae totidem thecis egregie elaboratis, argento ornatis, debito honore inclusae in choro ejusdem ecclesiae

in circuitu summi altaris, eminentiori loco, insigni ordine collocatae conspiciuntur. Praeter jam dictas reliquias asservatur in sacristia ejusdem ecclesiae major pars ossium beati Caroli Boni, comitis Flandriae, anno circiter 1126 pro justitia a sicariis interempti. In sacello etiam supradicto sancti Basilii asservatur portio Dominici Cruoris, quem Joseph ab Arimathia a deposito corpore Jesu Christi sponsia exceptum abluerat, a Theodorico Elsatio, comite Flandriae, qui uxorem duxerat Sybillam, filiam Balduini, regis Hierosolymarum, anno 1150 pro donario munere accepta, et per Leonium, sancti Bertini abbatem, Brugas delata, et in phiala crystallina collocata. In cujus honorem antiquitus ibidem instituta fuit nobilis confraternitas, ad quam nulli admittuntur, nisi viri proceres aut ordinis senatorii. Confluunt ad hoc sacellum singulis sextis feriis voti et religionis ergo utriusque sexus christifideles magno numero, eo quod illo die longo tempore dictus concretus Cruor sacer visus sit ebullire, atque aliis claruerit miraculis. Ad illius quoque solemnem circumgestationem ipso festo Inventionis sanctae Crucis a magistratu Brugensi omnes vicini episcopi et praelati quotannis solemniter convocari consueverunt.

Capitulum hujus ecclesiae praetendit omnimodam exceptionem a jurisdictione episcopi; quod orator existimat nullo solido niti fundamento, praesertim nunc post erectionem ejusdem ecclesiae in cathedralem; per quam erectionem pristina omnia privilegia etiam exemptionis, quae capitulum habuit, dum collegiatum esset, videntur non amplius suffragari contra jurisdictionem episcopi in iis, quae concernunt ipsius episcopi jurisdictionem, praesertim in casibus, in quibus jurisdictio ipsi episcopo a concilio Tridentino tributa est, illaque esse revocata, cassata, irrita et annullata; ita enim clare decisa fuit per tres conformes sententias cardinalium sancti concilii Tridentini interpretum, confirmatas per Gregorium XIIII, Sanctitatis Vestrae praedeces-

sorem, 20 julii 1591, in causa controversiae exemptionis et privilegiorum inter episcopum et capitulum Antverpiae, quod tamen ante erectionem illius ecclesiae in cathedralem notorie exemptum erat et pluribus privilegiis Brugensi gaudebat. Idem praeterea clare convincitur ex brevi apostolico, quod in singulorum episcoporum Brugensium, etiam ipsius oratoris, institutione directum fuit ad praedictum capitulum, in quo expresse mandatur eidem capitulo ut episcopo, tamquam patri et pastori animarum suarum, humiliter intendentes ac exhibentes sibi reverentiam et obedientiam debitas et devotas, ejus salubria monita et mandata suscipiant humiliter, et efficaciter adimplere curent. Quo tamen apostolico brevi decanus capituli sustinet se pastorem esse canonicorum et omnium clericorum huic ecclesiae servientium, privative ad episcopum; immo vult impedire, ne episcopus distribuat communionem in choro dictis canonicis vel beneficiatis sacerdotibus feria quinta in Coena Domini, quando in eodem choro conficit chrisma, nec in die Passchae aliis beneficiatis et habituatis non sacerdotibus, quando solemniter in eodem choro celebrat. Ex qua decani oppositione licet colligere reliqua. Quare ut, sublata deinceps circa oratoris jurisdictionem omni ambiguitate, tollatur consequenter occasio litium et contentionum, quae inter ipsum et decanum vel capitulum verosimiliter oriri poterunt, supplicat idem orator Sanctitatem Vestram, quatenus dignetur sententiam felicis recordationis Gregorii XIIII transiisse in rem judicatam declarare, etiam capituli Brugensis ejusque ecclesiae privilegia, ante erectionem in cathedralem forsan praedicto capitulo concessa contra jurisdictionem episcopi Brugensis, post eandem erectionem non amplius suffragari in iis, quae concernunt jurisdictionem ipsius episcopi ac praesertim in casibus, in quibus jurisdictio ipsi episcopo a concilio Tridentino tributa est, ac decernere illa revocata, cassata, irrita et annullata esse.

§. 3. *De ecclesia beatae Mariae Virginis.*

Haec ecclesia dignitate prima post cathedralem est collegiata habens praepositum cum decem canonicis; canonici omnes resident.

Praepositura, quae dignitas est, vacante, rex Hispaniarum nominat ad eandem personam sibi gratam, quae deinde ipsius jussu eligitur a capitulo, non obstante quod idem capitulum ex concessione Sedis Apostolicae soluerit liberam sui praepositi habere electionem; electus vero accipit collationem sive institutionem ab ordinario. Collatio praebendarum spectat ad praedictum praepositum in quatuor ordinariis mensibus.

Valor harum praebendarum secundum communem aestimationem non excedit viginti quatuor ducatos auri de camera; tamen secundum verum valorem, computatis ultra grossos fructus omnibus accidentibus et manualibus, possunt ascendere ad centum nonaginta scuta monetae Romanae. Valor etiam praepositurae non ascendit, omnibus computatis etiam accidentibus chori, ad trecenta scuta monetae ejusdem.

Capellaniae hujus ecclesiae sunt duplicis generis et conditionis adinstar capellaniarum cathedralis ecclesiae : aliae autem dicuntur de gremio chori, quae sunt numero viginti duae, ex quarum possessoribus resident numero duodecim, et percipiunt in distributionibus chori respectu canonicorum tres partes ex quatuor; habent utcumque honesta media vivendi, quae tamen diminuerentur, si reliqui omnes capellani residerent; aliae capellaniae dicuntur de extra chorum, quae sunt numero novemdecim, et non habent jus ad distributionem, nec intrant chorum.

Sunt praeterea fundatae vicariae quatuor, quarum possessores habent jus ad mediam partem distributionum canonicorum; et quia nullos vel exiguos praeterea ex iisdem vicariis habent proventus, ac proinde non possunt se inde sustentare, ordinarie non resident.

Onera missarum praedictis capellaniis utriusque generis necnon fundationibus anniversariorum aliisque servitiis incumbentia debite exonerantur secundum reductionem de illis factam per praedecessorem oratoris. Est tamen unus capellanorum, qui sustinet litem contra capitulum coram officiali Brugensi, allegans ad nulla onera missarum obligari.

Collator omnium capellaniarum et vicariarum est praedictus praepositus cum obligatione vicariis installatis vel habituatis ecclesiae providendi in mensibus pontificiis, idque ex concessione Martini papae quinti.

Officium divinum fit in hac ecclesia secundum usum Romanum, servatis satis exacte rubricis missalis et breviarii. Fit autem totum quotidie in cantu pro qualitate festorum et officii satis decenter, et quidem diebus dominicis et festis necnon alias, quando officium est solemne, cum musica et organo.

Est haec ecclesia etiam parochialis, et ob sui districtus latitudinem habet tres pastores, quorum limites et subditi distincti sunt appellatione aureae, argenteae et plumbeae portionum. Prior illorum habet annexam praebendam, et est primus ordine inter canonicos. Dicti pastoratus sunt ad praesentationem praefati praepositi et ad collationem episcopi.

Communicantium hujus parochiae numerus vix excedet 3000, ubi ante tumultus solebat forsan excedere 12000, atque eadem proportio accipienda et aestimanda est in omnibus parochiis tam civitatis quam totius hujus dioecesis. Per has autem continuas bellorum calamitates adeo imminutus est hodie et defluxit populus, ut ex quatuor partibus vix una restet integra.

Decoratur haec ecclesia insignibus et notabilibus reliquiis sancti Bonifacii, episcopi Moguntini et martyris, Germanorum apostoli, et Eobani, ac alterius ipsius socii, quae per oratorem ante tres circiter annos magna celebritate ex feretro

ligneo in argenteum feretrum longitudinis fere quatuor pedum, valde preciosum et affabre elaboratum, ex eleemosynis piorum confectum, translatae fuerunt. Est hic praeterea magnum et insigne fragmentum hactenus habitum vivificae Crucis Domini nostri Jesu Christi, argento undequaque ornatum ac decenter servatum in sacello ejusdem ecclesiae, sanctae Crucis nuncupato.

Ecclesia haec insignis est et magnificae structurae, estque sarta tecta; eidemque de ornamentis, quorum aliqua magni sunt pretii, et reliqua supellectili sufficienter est prospectum.

Magistri fabricae et mensae sancti Spiritus zelose funguntur suo munere, redduntque quotannis rationem suae administrationis praeposito et capitulo hujus ecclesiae.

De confraternitatibus sanctissimi Sacramenti Eucharistiae et beatae Mariae Virginis in hac et aliis ecclesiis parochialibus hujus civitatis et dioecesis institutis, quae reguntur per pastores et aliquot cives vel incolas honestioris conditionis, dicetur infra in titulo : *De decanatibus*, notabili tertio.

§. 4. *De ecclesia sancti Salvatoris.*

Ecclesia haec, ordine et dignitate secunda post cathedralem, est etiam collegiata habens decanum et quindecim canonicos, comprehensis tribus pastoribus, qui etiam sunt canonici, et praecedunt in ordine reliquos canonicos. Omnes resident, tribus exceptis.

Decanatu, qui est dignitas, vacante, Rex Catholicus nominat ad eumdem personam sibi gratam, quae deinde ipsius jussu eligitur a capitulo, non obstante quod idem capitulum ex concessione Sedis Apostolicae soluerit liberam sui decani habere electionem. Electus vero accipit collationem sive institutionem ab episcopo.

Collatio horum canonicatuum spectat ex privilegio Pii

papae secundi ad episcopum Brugensem, qui successit in locum episcopi Tornacensis, et ipsum capitulum alternatim; quamquam duae primariae praebendae, quae dicuntur altae missae et custodia, sunt collationis episcopi, ut ordinarii, cum Summo Pontifice.

Valor horum canonicatuum est satis exiguus, ita ut proventus illorum aegre sufficiant ad honestam sustentationem possessorum; qui proventus omnes fere consistunt in accidentibus et manualibus ac eleemosynis et celebratione missarum; quae etiam causa fuit, quod, cum olim praebendae essent numero viginti tres, tertius episcopus Brugensis, extinctis ex illis octo, reduxerit ad numerum supradictum.

Decanatus est exigui valoris; habet in tantum duplicem praebendam. Nullae hic fundatae sunt capellaniae intra chorum; sed extra chorum fuerunt olim fundatae septem, quae etiam ob suam tenuitatem per praefatum episcopum, tribus extinctis, ad quatuor sunt reductae. Fundationes anniversariorum, missarum votivarum aliorumque servitiorum debite exonerantur.

Officium divinum celebratur in hac ecclesia secundum usum Romanum. Fit a diebus dominicis et festivis necnon per adventum et a quadragesima usque ad octavam solemnitatis Corporis Christi totum cum cantu; aliis vero temporibus defectu fundationis non dicitur in choro matutinum, sed officium divinum incipitur a *prima*, quae cum reliquis horis et missa dicitur cum cantu satis decenter. Diebus autem festivis et dominicis necnon diebus feriatis in missis votivis solemnibus, quae feria quarta, quinta, sexta et sabbatho singulis hebdomadibus celebrantur, adhibetur etiam musica et organum. Est ecclesia hujusmodi etiam parochialis, et ob sui districtus latitudinem habet tres pastores, quorum limites et subditi distincti sunt appellatione aureae, argenteae et plumbeae portionis, sicut in ecclesia supradicta beatae Mariae. Tres isti pastoratus sunt ad collationem episcopi Brugensis.

36.

Communicantium hujus parochiae numerus excedit 4000 circiter. Reliquiis ornatur haec ecclesia insignibus et notabilibus sancti Eligii, confessoris, episcopi Noviomensis, argenteo feretro longitudinis quatuor pedum egregii operis inclusis. Servantur hic etiam reliquiae sancti Sylvestri, papae et confessoris; ad quarum venerationem et pro remedio curationis a paralysi et contractione nervorum confluunt fideles utriusque sexus etiam ex vicinis civitatibus et oppidis; et multi a pauco tempore miraculose curati sunt.

Praeter confraternitatem sanctissimi Sacramenti, beatae Mariae de Laureto et sanctae Crucis fuit hic quondam instituta illustris et celebris confraternitas Septem Dolorum ejusdem beatae Mariae Virginis ad instantiam Philippi I, regis Castellae, comitis Flandriae, a Summis Pontificibus approbata. Quae, cum horum temporum calamitate esset collapsa et fere in oblivionem abiisset, ab oratore a duobus annis circiter restaurata fuit; eamdemque Philippus IV, Hispaniarum rex, in suam protectionem accepit. Istius confraternitatis originem et splendorem totiusque instituti ejusdem rationem intelliget Sanctitas Vestra ex libello supplici Eidem ex parte dictae confraternitatis pro impetrandis indulgentiis offerendo.

Haec ecclesia est juris patronatus episcopi Brugensis; et est structurae et formae, praesertim ab interiori parte in sacellis omnibus chori, valde augustae, et qualis non est in Belgio. De ornamentis et materia supellectili est ei honeste provisum.

Magistri fabricae et mensae sancti Spiritus bene funguntur suo officio, redduntque rationem quotannis suae administrationis decano, tamquam deputato episcopi, et capitulo.

§. 5. *De quinque reliquis ecclesiis parochialibus civitatis Brugensis.*

I. *Ecclesia parochialis sanctae Walburgis* est subalterna ecclesiae collegiatae sancti Salvatoris et juris patronatus episcopi. In qua praeter curam sunt fundatae capellaniae de gremio chori numero tredecim; ex quarum possessoribus ob tenuitatem distributionum tantum hoc tempore resident quatuor, qui una cum parocho ac custode et duobus pueris choralibus necnon duobus clericis, in subsidium interdum assumptis, canunt divinum officium secundum usum Romanum dominicis et festis diebus, incipiendo a laudibus, et diebus feriatis a *tertia;* in majoribus tamen festivitatibus totum officium cum cantu persolvunt, etiam adhibito organo.

Sunt praeterea fundatae duae capellaniae de extra chorum. Capellani satisfaciunt oneribus suorum beneficiorum. Anniversariorum etiam, missarum votivarum aliorumque servitiorum fundationes debite exonerantur.

Magistri fabricae et mensae sancti Spiritus recte perfunguntur suo officio, redduntque rationem suae administrationis coram parocho.

Ecclesia sarta tecta est, eidemque honeste provisum est de ornamentis et reliqua supellectili ac praesertim de vasis sacris ex argento.

II. *Ecclesia parochialis sancti Jacobi* est etiam subalterna ecclesiae collegiatae sancti Salvatoris et juris patronatus episcopi Brugensis. Praeter curam nulla sunt fundata in ea beneficia. Sunt tamen fundata bona communia pro facientibus officium divinum; quod quotidie integrum persolvitur in cantu per parochum et quinque sacerdotes necnon duos custodes et quatuor pueros chorales. Diebus dominicis et festis adhibetur in missa musica et organum.

Anniversariorum piarumque fundationum et servitiorum oneribus debite satisfit. Magistri fabricae et mensae sancti Spiritus recte administrant bona sibi commissa, et cum zelo funguntur suo officio; redduntque rationem suae administrationis coram archipresbytero civitatensi et parocho.

Ecclesia est sarta tecta, eidemque bene prospectum est de ornamentis et utensilibus ac vasis sacris, quae sunt ex argento.

III. *Ecclesia parochialis sancti Egidii* subalternatur ecclesiae collegiatae beatae Mariae, et est juris patronatus praepositi ejusdem ecclesiae. Praeter curam non sunt fundata in ea beneficia de gremio chori, sed tantum quatuor capellaniae de extra chorum parvi momenti. Sunt tamen fundata bona communia pro celebratione divini officii, quod integrum fieri non potest, eo quod bona ad hoc non sufficiunt. Parochus itaque cum duobus, interdum tribus sacerdotibus, custode et duobus pueris choralibus canunt missam adhibendo organum, et horas canonicas dominicis et festis diebus incipiendo a *prima;* feriatis autem diebus canunt missam et vesperas tantum.

Fundationibus anniversariorum debite satisfit; fundationibus missarum non item ob defectum sacerdotum. Magistri fabricae et mensae sancti Spiritus bene funguntur suo officio, redduntque singulis bienniis rationem suae administrationis coram parocho.

Ecclesia quoad fabricam est satis bono loco, eique etiam honeste est prospectum de materia, supellectili et ornamentis ac vasis sacris argenteis.

Communicantes hujus parochiae sunt numero 1400 circiter.

IV. *Ecclesia parochialis sanctae Annae* est juris patronatus ecclesiae cathedralis Brugensis.

Praeter curam non est ullum in ea fundatum beneficium. Canitur dominicis et festis *tertia*, et reliquae horae cum missa, in qua adhibetur organum. Est autem praeter parochum unus tantum sacerdos cum custode et duobus pueris choralibus. Missae votivae cantuales exonerantur.

Ecclesia est tota nova cum campanili, aedificata super antiquis fundamentis, eidemque est utcumque provisum de ornamentis. De vasis tamen sacris honeste est prospectum.

Magistri fabricae et mensae pauperum funguntur suo officio sedulo valde, redduntque rationem suae administrationis coram archipresbytero civitatensi et parocho.

Communicantes hujus parochiae sunt numero 2000 circiter.

V. *Ecclesia parochialis sanctae Catharinae*, olim extra nunc intra civitatem Brugensem translata ad sacellum dictum sancti Jacobi juxta portam civitatis, est juris patronatus praepositi ecclesiae collegiatae beatae Mariae. Praeter curam est fundatum in ea unum beneficiolum nullius momenti. Canitur in ea dominicis et festis diebus missa, et in majoribus festivitatibus etiam vesperae. Anniversaria omnia exonerantur.

Ecclesia est satis exigua nec insignis structurae, sicut omnes praedictae parochiales, estque illi provisum de ornamentis satis honeste pro qualitate suorum proventuum. Vasa tamen sacra sunt argentea.

Communicantes hujus parochiae sunt numero 300 circiter.

Magistri fabricae et mensae sancti Spiritus praestant officium suum, et reddunt rationem suae administrationis archipresbytero civitatensi et parocho.

§. 6. *De sacellis extra ecclesias parochiales.*

Sunt in hac civitate sacella extra ecclesias parochiales constructa, spectantia partim ad varia hospitalia piasque fundationes, partim ad opificia mechanica et saecularia, partim ad scholas, et duo alia libera, simul numero 26. Omnia fere ampla et insignis structurae, videlicet :

Sacellum cum hospitali sanctae Mariae Magdalenae, partim leprosorum, partim peregrinorum, separatim agentium, valde opulento.

Sacellum cum hospitali sanctorum Huberti et Juliani, partim furiosorum, partim peregrinorum, satis bene fundato.

Sacellum cum hospitali sancti Judoci, pauperum decrepitorum.

Sacellum cum hospitali sancti Nicolai, pauperum similiter decrepitorum.

Sacellum sacrae Columnae sive Flagellorum Christi cum hospitali pro famulis aegrotis vel amplius laborare non valentibus.

[Sacellum] coctorum cerevisiae[1].

Sacellum sacri Sepulchri in Hierusalem cum hospitali duodecim viduarum pauperum.

Sacellum cum hospitali caecorum.

Praeter haec hospitalia, quae sua sacella habent, sunt alia pia loca et domus viduarum et decrepitorum, victum sibi quaerere non valentium, magno numero, sine propriis sacellis.

Sacellum sancti Eligii, fabrorum omnis generis.

[1]) Ne faudrait-il pas joindre les mots *coctorum cerevisiae* à l'alinéa précédent? La raison qui nous porte à croire qu'il en est ainsi, c'est que, si la chapelle des brasseurs était une chapelle distincte, on compterait 27 chapelles, tandis qu'il est dit, au commencement du paragraphe, qu'il n'y en a que 26.

Sacellum sancti Christophori, sartorum.

Sacellum sancti Petri, fundentium candelas sebaceas.

Sacellum sancti Lucae, pictorum.

Sacellum sancti Clementis, nautarum.

Sacellum sancti Autberti, pistorum.

Sacellum sancti Amandi, apothecariorum sive aromatariorum.

Sacellum sancti Jacobi, textorum.

Sacellum sancti Martini, fullonum.

Sacellum sancti Brandani, smigmatariorum.

Reliqua opificia habent sua sacella in templis parochialibus aut monasteriis, suos sacellanos, suas fundationes et ornamenta sacra.

Sacellum sancti Ivonis, advocatorum et procuratorum.

Sacellum Praesentationis beatae Mariae Virginis, proxenetarum.

Sacellum sancti Georgii, confraternitatis ballistariorum.

Sacellum sanctae Ceciliae, musicorum.

Sacellum beatae Mariae de candela Atrebatensi, ludentium instrumentis musicis.

Sacellum sancti Laurentii, scholae Bogardicae masculorum.

Sacellum sanctae Elisabethae, scholae Bogardicae puellarum.

Sacellum sancti Joannis Baptistae.

Sacellum sanctae Catharinae.

In quibus omnibus sacellis ordinarie dominicis et festis diebus celebratur sacrum, sive ex devotione, sive ex obligatione. Omnia autem visitantur per episcopum.

(*La suite à la prochaine livraison*).

Donations faites a l'abbaye d'Afflighem.

Siger, issu de la puissante maison de Crainhem, prit l'habit religieux à l'abbaye d'Afflighem vers l'année 1185. A cette occasion il donna au monastère la plus grande partie de ses biens, comme il résulte de l'acte suivant par lequel Henri I, duc de Lothier et de Basse-Lorraine et comte de Louvain[1], ratifie la donation de Siger. Pour s'assurer la protection de ce puissant prince contre les prétentions de son oncle, Siger laissa au duc la forêt de Warbeek ainsi que les vassaux qui lui devaient foi et hommage. Malgré ces précautions, l'oncle s'empara de ces biens et les retint jusqu'en 1196, où il renonça en faveur de l'abbaye, à tous ses prétendus droits. L'abbaye d'Afflighem, probablement à cause de l'éloignement des biens qu'elle possédait à Schilde, les céda, vers la fin du dix-septième siècle, à l'évêque d'Anvers, Ambroise Capello, pour en doter la maison de retraite pour d'anciens prêtres, que celui-ci venait de fonder. La collation de la cure ou le droit de patronage passa en même temps de l'abbé d'Afflighem au séminaire d'Anvers. L'archevêque de Malines n'a possedé ce droit qu'en sa qualité d'abbé de l'abbaye d'Afflighem. Il est très-probable que la première église paroissiale de Schilde a été bâtie par les religieux; c'est sans doute pour ce motif, qu'elle fut con-

[1]) Henri I, fils et successeur de Godefroid-le-Courageux, fut associé au gouvernement de son père dès l'année 1172. Après la mort de Godefroid, il prit le titre de duc de Brabant avec celui de duc de Lothier ou de Basse-Lorraine.

sacrée sous le vocable de saint Guibert, l'un des principaux saints de l'ordre de saint Benoît en Belgique et le fondateur de l'abbaye de Gembloux[1].

1185.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego HENRICUS, Dei gratia dux et marchio Lotharingie, comes Lovanii, notum esse volo tam futuris quam presentibus, quod Zigerus de Crayenhem Haffligemium ad conversionem veniens ut liber homo libere dedit in elemosinam eidem ecclesie omnem terram, quam habebat apud Crayneem, videlicet octo bonaria allodii in uno loco et duo bonaria in alio loco et tria domistadia, et quindecim bonaria per manus Walteri de Aa, et tertium manipulum de duobus manipulis totius decime de Craynem, quintam quoque partem allodii totius ville de Scille in silvis, pratis, pascuis, aquis, terris cultis et incultis, et in omni jure et utilitatibus, quibus ea possidebat. Ut autem ego hanc elemosinam ecclesie Haffligemensis conservarem, silvam suam de Werreberch et homines suos feodales mihi dedit. Hanc igitur predicti Zigeri donationem, sicut in hoc scripto comprehenditur, testiumque nominibus adnotatis, Haffligemensi ecclesie sigilli mei testimonio et auctoritate confirmo. Testes : Wigerus abbas de Vliederbeca, Walterus de Aa, Arnulphus capellanus ducis, Henricus de Nothengem, Arnulphus de Bigardis, Gosuinus de Zaventhem, Gosuinus de Leewe, Alardus de Baltersem, Godefridus villicus de Lovanio comes Barbancie, Walterus de Dechelpole, Jonitas rufus. Actum est hoc anno Dominice Incarnationis m. c. lxxxv, indictione iii.

Cartulaire d'Afflighem, n° 73A, fol. 189, aux Archives générales du Royaume.

[1]) Voyez sur Schilde : LE ROY, *Notitia Marchionatus*, p. 129; DE RAM, *Synopsis*, p. 260; et ci-dessus p. 116.

ACCORD ENTRE L'ABBÉ D'AFFLIGHEM ET LE CURÉ DE BORNHEM.

Au onzième siècle, le pays de Bornhem était un apanage que la noble famille Vilain de Gand tenait en fief du prince-évêque de Liége. Les diplômes publiés par Miraeus (*Opera diplom.*, I, p. 168) prouvent qu'un couvent de chanoines réguliers y fut fondé, en 1101, par Foucard, châtelain de Gand. Cette fondation, approuvée la même année par Manassès, évêque de Cambrai, fut ratifiée en 1105, par le pape Pascal II, et confirmée, en 1112, par l'évêque Odon. A partir de cette époque, l'église de Bornhem et ses succursales, Hingene et Nattenhaesdonck, furent desservies par deux religieux du monastère. Bientôt cependant la nouvelle institution eut besoin d'être réformée; aussi, en 1120, Burchard, évêque de Cambrai, unit-il le couvent de Bornhem à l'abbaye d'Afflighem. Il ordonna aux religieux de suivre dorénavant la règle de saint Benoît sous l'obéissance de l'abbé d'Afflighem. C'est de cette époque (1120) que date le prieuré, *cella*, qui a subsisté à Bornhem jusqu'à la révolution française de la fin du siècle dernier. Le monastère était adossé au côté nord de l'église.

Dans les premières années, l'église servait en même temps aux religieux et à la paroisse. Cet usage commun de l'église aura sans doute offert des inconvénients; car, après quelque temps, le chœur et le transept, destinés aux religieux, furent séparés, par un mur, de la grande nef, qui devint le siége de la

paroisse. Ce mur de séparation, démoli en 1603[1], fut probablement élevé pour prévenir les contestations entre les religieux et le curé de la paroisse.

L'acte arbitral, dont il est question dans le document que nous publions, fixe les droits respectifs du curé et des religieux.

La paroisse de Bornhem ressortissait, avant l'érection des nouveaux évêchés, au diocèse de Cambrai et au décanat de Bruxelles. Le vieil Escaut et en partie l'Escaut actuel la séparaient du diocèse de Tournai. Le changement du cours de l'Escaut n'a pas occasionné de changement dans la juridiction spirituelle. Depuis l'érection des nouveaux évêchés jusqu'au concordat, Bornhem a fait partie du diocèse de Gand et du décanat de Termonde.

Sous le rapport civil le pays de Bornhem, qui comprenait les villages de Hingene, Nattenhaesdonck, Wintham, Eyckevliet, Mariekerke et Opdorp, dépendait de l'Ancien-Brabant, et fut probablement compris dans la donation de Malines faite à l'évêque de Liége, vers 915. La terre de Bornhem fut réunie à la Flandre, en 1250, par la donation qu'en fit Hugues,

[1]) Voici d'après le cartulaire d'Affligbem un extrait d'un acte du 11 février 1603, qui concerne cette démolition. « Wy Pedro Coloma... doen te weten dat de prochiekercke van Bornhem voorseyt bedeelt wesende in twee partyen deur middel van eenen scheymuer, staende voor het cruyswerck van den hoogen choor tusschen de tweede pilaren, dat d'eene partye, te wetene op de oostzyde mettet hooghen choor toecompt den godshuyze van Affighem mette priorye, ende dat den cleynen choor metten beuck van de kerke op de westzyde, metten thorre toebehoert der ghemeynte van Bornhem voorseyt; ende alsoo den eerweerdigste heer, heer Mathias Hovius,... belieft te consenteren in 't afbreken ende wechdoen van den voorseyden muer en de cleynen choor. » *Cartulaire d'Afflighem*, n° 74, fol. 491.

châtelain de Gand, à Marguerite, comtesse de Flandre. Foppens, dans le supplément aux *Opera diplomatica* de Miraeus, donne un acte de 1333 par lequel le comte de Flandre relève encore la terre de Bornhem de l'évêque de Liége.

Mai 1253.

Universis presentes litteras visuris JOHANNES, Dei patientia abbas Affligemensis, et ejusdem loci conventus salutem in Domino. Noverit universitas vestra reverendum patrem Nicolaum, Dei gratia dominum Cameracensem episcopum, decano christianitatis Bruxellensis scripsisse in hec verba : NICOLAUS, Dei gratia Cameracensis episcopus, dilecto filio in Christo G., decano christianitatis in Bruxella, salutem. Mandamus tibi quatinus ad ecclesiam de Bornhem personaliter accedens curato dicti loci, et suis successoribus ecclesie ejusdem curatis, viginti libras Flandrensis monete auctoritate nostra assignes de bonis dicte ecclesie sumendis ab eisdem. Quibus viginti libris tam curatus, qui modo preest dicte ecclesie, quam sui successores supradicti in perpetuum sint contenti. Datum feria secunda post dominicam : *Isti sunt dies*[1], anno Domini m. cc. l secundo. — Hujus igitur fretus auctoritate mandati idem decanus ad dictam ecclesiam de Bornhem personaliter accessit, et, vocato ibidem coram se dicto curato et aliis, qui propter hoc fuerint evocandi, eidem curato et suis successoribus canonice instituendis de consilio bonorum assignavit medietatem oblationum ipsius ecclesie, hoc adjecto, quod in candelis, que in purificatione beate Virginis a monachis sive conversis circumferuntur ad processionem et ad altare offeruntur, et etiam in illis candelis, quas prior personis aliquibus supervenientibus in eadem die forte exhibebit, idem curatus nichil juris habere debeat; nec etiam prior in illis

[1]) Le dimanche de la Passion.

candelis, quas idem curatus eodem modo alienis personis voluerit exhibere. Hoc etiam salvo, quod, si contingat aliquem de aliena parochia ibidem eligere sepulturam, hujusmodi oblationes totaliter cedent in usus prioris nostri de Bornhem. Item assignavit quadraginta quinque solidos Flandrenses eidem curato in medio maio a priore de Bornhem pro medietate minutarum decimarum singulis annis solvendos. Item assignavit eidem visitationes et introductiones integraliter, et legata, que ipsi curato nomine suo specialiter legabuntur. Item assignavit eidem duodecim modios siliginis mensure Bruxellensis et totidem modios bladi, quod vulgo dicitur *havere*[1], annuatim solvendos et exibendos eidem curato de granario prioris de Bornhem, una parte in festo sancti Remigii, alia in natali Domini, tertia in pascha; singulis dictis terminis quatuor modios siliginis et totidem modios havere mensure predicte, hoc expresso, quod unusquisque sextarius siliginis debet esse ejusdem valoris cum meliore tempore solutionis ad estimationem fori de Mechlinia, exceptis duobus denariis Bruxellensibus, et unusquisque sextarius havere equivalebit meliori preter unum denarium Bruxellense. Preterea triginta mandalas[2] pasture : unam medietatem hiemalis et alteram estivalis. Medietatem dicte pasture in festo sancti Martini hiemalis, et alteram medietatem in purificatione beate Marie accipiet idem curatus de grangia prioris nostri de Bornhem predicti. Et de feno, quantum currus unus cum quatuor equis ferre possit, dictus prior ipsi curato infra octavam beati Martini hiemalis annis singulis exhibebit. Et predicta ordinatione contenti erunt tam curatus loci ad presens quam sui successores. Cetera vero bona pertinentia ad dictam ecclesiam parochialem cedent priori de Bornhem. Predictam vero ordinationem nos pre-

[1]) *Bladum,* blé; *havera,* avoine.

[2]) *Mandala,* dérivé du vieux mot flamand *mandel,* signifiant *gerbe.* Voyez Kilianus, *Etymologicon, ed. Van Hasselt,* II, p. 375.

dicti abbas et conventus Haffligemensis, patroni dicte ecclesie, necnon et dictus prior noster de Bornhem approbavimus, et sigillis nostris duximus roborandam; quam etiam ordinationem dictus curatus approbavit et sigillo suo similiter roboravit. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, mense maio.

Cartulaire d'Affligbem, no 74, fol. 474—475, aux Archives générales du Royaume.

Testament de Jean de Hoxem, écolatre de Liége, par lequel il fonde un chapitre a Hoxem[1].

20 mai 1344.

In nomine Domini, amen. Ego Joannes de Hoxem[2], scolasticus ecclesie Leodiensis, ultimam voluntatem meam ordino in hunc modum :

In primis lego omnia bona mea immobilia paterna ac etiam fratris mei, necnon alia, que pariter acquisivimus, quorum omnium michi cessit proprietatem donatione inter vivos, sibi usufructu retento, post mortem meam, et dictam proprietatem, post mortem fratris mei, collegio octo canonicorum, quod institui volo in capella de Hocsem, volens quod duo capellani dicte capelle fiant etiam canonici in eadem, dictis bonis ac aliis, que habuero tempore mortis mee, distribuendis, prout inferius continetur.

Item lego Johanni de Palude, nepoti meo, mille regales aureos, vel centum regalium annuam pensionem, si eam ad vitam suam acquisivero in parte vel in toto, pro rata, tali

[1]) Hoxem est un hameau dépendant de Hougaerde.
[2]) Voyez sur Jean de Hoxem : Foppens, *Bibliotheca Belgica*, II, p. 663 ; *Délices du pays de Liége, ;* Becdelièvre, *Biographie liégeoise ; Bulletin du bibliophile belge*, 1852, p. 37.

adjecta conditione, quod, si sine liberis decesserit legitimis, de suo corpore procreatis, pro feodo de Zetrut, cujus proprietatem sibi cessi, retento michi usufructu, valente septem modios spelte annuatim mensure Thenensis, tantumdem dicto collegio post mortem suam relinquere teneatur.

Residuum vero hereditatis paterne, que ad ipsum undecumque pervenerit, relinquat liberis Johanne, sororis sue; de quo cavere volo sufficienter partibus, antequam legatum sibi superius consequatur.

Et Florentio, fratri suo, lego mille regales modo predicto, si tantum inveniatur in bonis meis tempore mortis mee ultra legata certe quantitatis inferius expressa; et hoc mediante, volo quod partem suam hereditatis sue Johanni, fratri suo, si supervixerit, relinquere teneatur; alioquin Johanne, sorori sue. Nolo etiam, quod si Johannes predictus relevavit aliqua bona, que acquisiverim de pecunia mea a patre suo vel alias, valeat retinere; sed cedat ea post mortem meam collegio supradicto.

Item lego Elisabeth, sorori mee, in augmentum dotis sue quinquaginta florenos, si testamentum meum presens non conetur infringere; alioquin legato sit ipso facto privata.

Item tantumdem lego fratri Henrico, canonico regulari, nepoti meo, de Palude, si fratribus suis de bonis paternis nullam faciat questionem; alioquin ipsum volo carere legato.

Item lego filie Walteri de Orbec centum florenos, si ipsam me non maritare contingat.

Item lego Johanne de Palude, nepti mee, ad opus liberorum suorum quinquaginta florenos; et tantumdem Elisabet, sorori sue.

Item lego mense sancti Spiritus in Orsmale centum florenos.

Item lego Alissie de Kerchem, moniali, quindecim florenos; et tantumdem Juliane de Houthem, beghine in Thenis; et Katherine de Arscot triginta florenos.

Item loco legati, quod feci pro anniversario meo in ecclesia Leodiensi de quinque bonariis terre vel circiter, quam emi pro ducentis et duodecim florenis vel circiter, et de feudo, quod legavi ad idem de consensu domini feudi post mortem fratris mei ac meam, et post mortem meam, non expectata morte fratris mei, ducentos florenos vix valente; augendo legatum lego pro eodem anniversario meo quingentos florenos supra domum meam claustralem pro fructibus emendis, inter dominos et beneficiatos equaliter dividendos; et fiant inde quatuor candele, sicut consuetum est, et habeant matricularii duos solidos bone monete. Et, hoc mediante, volo, quod capitulum Leodiense feudum predictum post mortem fratris mei prefato futuro collegio assignare teneatur. Terras vero predictas, quas legaveram pro meo anniversario, ut est dictum, lego altari in capella construendi (sic), quam in exedris ecclesie pro parte media fundavi; quod domino Ancelmo, capellano meo, dari volo.

Item lego fratri meo decem marchas argenti inter vasa mea eligendas, et Bibliam, quam post mortem suam restituere teneatur; et similiter, si quos libros alios, quorum usus sibi utilis fuerit inter meos.

Breviarium meum cum notis lego ecclesie beate Genovefe in Lintris Superiori; reliquum breviarium lego Florentio, nepoti meo, de Palude.

Item lego Innocentium, et Angelum, ac Archidiaconum[1] dicti Florentii, et cyphum argenteum de duabus marchis, investito de Orbeke, magistro Johanni.

Et dicto Florentio lego Archidiaconum meum, Johannem Andree, et Clementinas glosatas, ac alias glosas omnes cum Constitutionibus Johanninis, Speculum judiciale cum Lectura Hostiensis, Decretum et Summam Hostiensis, et Repertorium juris eidem.

[1]) Les ouvrages, nommés dans cette alinéa et dans le suivant, sont des commentaires sur le droit canon et le droit civil. Ces auteurs ont été en vogue jusqu'au milieu du seizième siècle.

Item lego Concordantias Biblie fratribus Minoribus in Thenismonte, nunquam alienandas extra monasterium eorumdem.

Item lego Catholicon[1] cum postillis ecclesie Leodiensi, quas volo jacere cathenatas, nullique commodandas extra cathenas, sicut de aliis factum est aliquando.

Item lego fabrice Leodiensis ecclesie residuum precii domus mee ultra dictos quingentos florenos, volens quod ultra mensem in vitrea capelle predicte nulla ruptura maneat, quin resarciatur per fabricam supradictam.

Item volo quod magister Florentius, nepos meus predictus, habeat unam prebendam dictarum octo, et dimidiam pro decanatu; non tamen curam habeat animarum, nec promoveri teneatur, aut residentiam facere personalem; sed esse tenebitur gratis collegii advocatus, et procuratori de salario providere in curia Leodiensi. Et post mortem suam canonici unum ex se debebunt eligere in decanum, qui teneatur esse presbyter infra annum, et personaliter in ecclesia continue residere. Et ad idem teneatur canonicus, qui succedet eidem.

De aliis prebendis dari volo tres tribus filiis Walteri Caorsins de Orbeke junioribus, nullam Johanni, eorum fratri seniori, quia demeruit; et duas duobus filiis Johannis de Miensele junioribus, quia senior in capella predicta habet altare, et erit canonicus inde cum aliis in eadem. Quod si aliquem vel aliquos eorum mori contingeret, antequam prebendas fuerint solemniter consecuti, volo, quod prebendas eis deputatas executores mei conferant eis personis ydoneis, que possint esse presbyteri infra annum, excepto demerente prefato.

Item volo, quod octava prebenda nulli alicui deputata et dimidia in augmentum convertantur altarium predictorum, donec prebendis reliquis adequentur.

[1]) On appelait *Catholicon* une espèce de grammaire universelle ou générale.

Volo insuper, quod dicti canonici quinque nisi prebendas dimidias percipiant, donec in presbyteros fuerint ordinati. De residuo vero redditus acquirantur in augmentum altarium eorumdem.

Item statuo et ordino, quod omnes canonici presentes et futuri, excepto magistro Florentio, in dicta capella residentiam teneantur facere personalem. Cum autem dicta duo altaria prebendis reliquis fuerint adequata, volo, quod eorum redditus aliis confundantur, qui tunc inter eos distribuantur equaliter, sicut inferius annotatur. Nolo autem, quod dicti duo capellani quicquam de augmento percipiant, donec tantum fuerit, quod simul et semel possit aliorum redditibus adequari.

Item volo, quod in fine cujuslibet anni estimetur quantitas reddituum canonicis distribuendorum in pecunia, et quot denarii singulis diebus anni dicte pecunie competant cuilibet eorumdem; et tunc dividatur diurna portio in tres partes, quarum primam in matutinis et hora prima, que continuo celebrentur, volo presentes lucrari; secundam partem in hora tertia, missa et hora sexta; tertiam vero partem, in hora nona, vesperis et completorio. Et eodem modo fiat de redditibus, cum canonicorum numerus fuerit augmentatus; ita quod omnes redditus in cotidianis distributionibus convertantur.

Volo insuper, quod, si tempore mortis magistri Florentii supradicti prebende non fuerint adequate, quod prebenda sua in augmentum altarium convertatur, donec ad valorem perveniant aliarum.

Item volo, quod post mortem primorum canonicorum nulli prebenda conferri possit, nisi sit etatis tante, quod infra annum possit in presbyterum ordinari. Quod si factum non fuerit, extunc vacet beneficium ipso jure. Et idem statuo de quinque primis canonicis, et de prebenda filii senioris Johannis de Miensele, postquam ad etatem legitimam perve-

nerint, nisi, cessante impedimento legitimo, fuerint in presbyteros ordinati.

Volo insuper, quod iidem canonici nullum aliud possint beneficium obtinere; alioquin sint istis ipso jure privati.

Item volo, quod capitulum istud matriculariam conferat, quam predecessores mei ad tempus conferre consueverant vel ad vitam. Sed volo, quod matriculario non conferatur per capitulum, nisi quamdiu bene fecerit, vel nisi tamdiu bene fecerit officium, quod omnibus canonicis et decano videatur utile, quod sibi conferatur ad vitam. Cui lego duos modios siliginis annui redditus, ad hoc quod deficientes in horis canonicos, et quantum perdiderint, scribere teneatur, et hoc mamburnis mense sancti Spiritus nunciare; quibus ad opus pauperum, quod perdiderint, dari volo.

Et quicquid de bonis meis supercreverit, lego collegio supradicto in augmentationem praebendarum, donec perveniant quelibet ad viginti modios siliginis mensure Theuensis. Residuum, si fuerit, lego ad ampliationem chori capelle predicte.

Item volo, quod idem magister Florentius libros tam suos ad presens, quam illos, quos sibi reliqui, post mortem suam dicto collegio relinquere teneatur, et amplius prout sibi conscientia sua dictabit.

Et volo, quod omnes canonici, tam magister Florentius quam alii, hanc ordinationem meam jurare, tactis sacrosanctis ewangeliis, solemniter teneantur, et jurent, antequam aliquid percipiant de prebendis; et quod post mortem aliquorum nullum recipiant in canonicum, nisi juraverit illud idem.

Item quod capitulum ecclesie Leodiensis sit hujus collegii advocatus. Cui supplico humiliter et devote, quatenus Dei intuitu et cleri ejus augmento sue protectionis munimine irrigare dignetur hanc plantulam, quam plantavi. In cujus signum volo, quod dictum collegium ipsi capitulo majori singulis annis in perpetuum in Cena Domini, quando prelatis

aurei presententur, unum florenum aureum de Florentia teneatur offerre, et ibi dicere per procuratorem suum alta voce : *Hunc florenum offerunt decanus et capitulum ecclesie de Hocsem in signum advocationis.*

Item quod supra legato, facto magistro Florentio, adjeci conditionem : Si tantum inveniatur in bonis meis mobilibus tempore mortis mee, et per consequens nichil debeat aliis legatariis defalcari, quamdiu dicta mobilia sufficerent, etiam dicto legato Florentio non soluto : in quo ipsum gravare volui in eventum illum, quia ipsum in multis plus ceteris honoravi, mutuando pecuniam pro expensis decem annorum in scolis et libris emendis, ac aliis, que ad majorem summam ascendunt, quam dictum legatum; cujus debiti liberationem sibi lego.

Et hoc mediante, omnia, que prius feceram, revoco testamenta.

Executores vero meos eligo hujus testamenti...[1] meum, magistrum Henricum de Lewis, rectorem ecclesie de Pelte, sacre theologie bacellarium, magistrum Johannem, investitum ecclesie de Orbeke, et dominum Ancelmum, capellanum meum, qui potestatem habeant dubia declarandi.

Octavam vero prebendam cum dimidia volo cedere fabrice, donec ecclesia sit perfecta; et extunc canonici prepositum eligere tenebuntur, qui negotia capituli tenebitur procurare, et erit sola prebenda contentus; et ad similia tenebitur cum ceteris canonicis, excepto quod, cum mittetur per capitulum, nichil perdet in negotiis capituli persistendo. Dimidia vero prebenda residua ad opus fabrice et ornamentorum ecclesie perpetuo remanebit.

Mansionem vero paternam lego quatuor novis canonicis institutis, exceptis filiis Johannis predicti. Domum magnam cum membris contiguis habeant tres filii Walteri, cum tribus

[1]) Le mot qui se trouvait entre *testamenti* et *meum,* a totalement disparu.

partibus totius curtis mee. Et portam cum quarta parte aree habeat decanus, qui eligetur post mortem Florentii, nepotis mei. Et, hoc mediante, volo, quod dicti tres fratres hereditatem suam capitulo relinquere teneantur. Et idem volo, quod filii Johannis de Miensele facere teneantur de bonis paternis, pro temporalibus, que ipsis dimitto, non pro canonicatibus, quos eis gratis a proposito procuravi.

Volo etiam, quod matricularius et mamburnus pauperum hoc statutum jurare teneantur. Cui mamburno lego modium siliginis annuum. Qui etiam matricularius et mamburnus jurare singulis annis teneantur, quod officia sua fideliter exequentur.

Item lego ecclesie Thenensi, in qua sum canonicus, tres modios siliginis mensure predicte annui et perpetui redditus, pro anniversario meo et parentum meorum inibi perpetuo faciendo.

In cujus rei testimonium litteras presentes, hoc meum testamentum ac meam ultimam voluntatem continentes, per Goffinum Rolea, notarium publicum, conscribi feci et signari, et mei appensione sigilli communiri.

Actum Leodii, in domo claustrali venerabilis viri domini Philippi Bruni, decani ecclesie sancte Crucis Leodiensis, sub anno Nativitatis Dominice m. ccc. xliiij, indictione xij, mensis maii vicesima die, presentibus ibidem ipso decano ac discretis viris magistro Martino de Tuderto, canonico sancti Johannis Leodiensis, Jacobo de Mediolano, scolastico Lewensi, et domino Jacobo Symonides, presbytero capellano in dicta ecclesia sancte Crucis, testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Superscriptiones scilicet : *pro fructibus emendis*, *omnes* et *matriculario*[1], in suis locis, approbo.

Et ego Goffinus Roleaz, clericus Leodiensis, publicus imperiali auctoritate nota-

[1]) Les mots *pro fructibus emendis*, *omnes* et *matriculario* sont des corrections faites dans l'acte original.

rius, premissis omnibus et singulis, dum per testatorem fierent suprascriptum, una cum dictis testibus interfui, ea scripsi, et eis me subscribens, meum signum apposui solitum rogatus et ex parte dicti testatoris specialiter requisitus, sub anno, indictione, mense, die et loco predictis. Superscriptiones, scilicet : *pro fructibus emendis*, *omnes* et *matriculario*, manu mea factas sine fraude, approbo.

Signe du notaire.

Original sur une feuille de parchemin, haute de 59 centimètres et large de 47. (Communiqué par le R. P. Moulaert, de l'ordre des Frères-Prêcheurs.)

Jean Vendeville, évêque de Tournai, divise son diocèse en douze décanats.

Depuis l'érection des nouveaux évêchés au seizième siècle jusqu'en 1589, le diocèse de Tournai ne comptait que cinq doyennés, ceux de Tournai, Lille, Seclin, Helchin et Courtrai, réunis en un seul archidiaconé. En 1572, l'évêque Gilbert d'Oignies détacha deux décanats de l'archidiaconé de Tournai, et en forma celui qui porta le nom d'archidiaconé de la Flandre[1]. Malgré ce partage, l'administration continua à présenter de grandes difficultés, à cause de la trop vaste étendue des doyennés. Presque immédiatement après sa consécration, l'évêque Jean Vendeville, voulant obvier à ces inconvénients, adjoignit à chaque doyen deux vice-doyens ou coadjuteurs. Cette mesure ne produisit

[1]) Voyez *Analectes*, I, p. 504.

pas l'effet qu'on était en droit d'en attendre. Pour remédier au mal d'une manière certaine, Vendeville résolut, en 1572, de procéder à une réorganisation complète du diocèse, et par un décret du 22 juin de cette année, il divisa le diocèse de Tournai en douze décanats.

22 juin 1589.

JOHANNES VENDVILLIUS, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Tornacensis, universis et singulis praesentes literas inspecturis salutem in Domino. Cum latius paterent decanatus nostrae dioecesis quam ut unus decanus possit commode et, ut oportet, superintendere parochiis sibi commissis, praesertim cum decani soleant esse pastores, et quidem magnarum parochiarum, paulo post nostram consecrationem singulis decanis adjunximus duos vicarios seu adjutores. Qua ex re Dei beneficio provenit fructus non contemnendus, non tantus tamen quantum optabamus et sperabamus; idque ea potissimum de causa, quod illi vicarii destituerentur auctoritate necessaria ad magnum fructum faciendum. Quam ob rem superioribus septimanis, re diligenter expensa et cum nostro vicariatu communicata, de ejusdem consilio resolvimus singulos decanatus dividere, et dioecesim in duodecim decanatus distribuere, tot scilicet quot sunt in dioecesi Atrebatensi, quae etsi paulo plures parochias quam haec, non tamen plures habet animas, quarum cura habenda est. Quam resolutionem nostram ad effectum perducentes in duodecim decanatus dioecesim divisimus, assignatis cuique decanatui suis parochiis in eum, qui sequitur, modum :

Decanatus Tornacesii habebit unam et triginta parochias : Auchy, Blandain, Bruelle, Baisieu, Bachy, Bonines, Bourgielle, Cobrieu, Cisoing, Cherens, Capelle, Camphain, Ere, Esplechin, Fromont, Geneth, Gruyson, Hertain, Hollain, Jolain, Lamain, Louvy, Nomaing, Orchies, Rummes, Tain-

tignies, Templeuve in Pabula, Wez, Velvain, Wanenhain et Willemeau.

Decanatus Sancti Amandi septemdecim : Sanctus Amandus, Aix, Beuvry, Brillon, Celets, Dons alias Maulde, Espaing, Hovardrie, Landas, Lesdain, Mouchin, Nivelle, Rosuth, Ronhy, Rumigies, Samion, Thuns.

Decanatus Helchiniensis viginti : Helchin, Dottignies, Anselghem, Avelghem, Haulterive, Belleghem, Bossut, Castre, Espiere, Coyeghem, Hestrudt, Ingoyeghem, Kerckhove, Moen, Otteghem, Rolleghem, Sainct-Genois, Thiegem, Wichte, Warmaerde.

Decanatus Torquoniensis decem : Torquoing, Evregnies, Herseau, Linselle, Luigne, Mouscron, Noeufville, Ronck, Mauvaulx, Saint-Legier.

Decanatus Robeacensis septemdecim : Roubaix, Bailleul, Estembourg, Estempuie, Hem, Lys et Lannoy, Lers, Nechin, Pecq, Ramegnies, Sailly, Templeuve, Toufflers, Warcoing, Waterloo, Willem.

Decanatus Insulensis undecim : Sanctus Mauritius, Sanctus Stephanus, Sanctus Salvator, Sanctus ›Petrus, Sancta Catharina, Esquermes, Vazennes, Mariae Magdalenae, Sanctus Andreas, Faches et Fives.

Decanatus de Quesnoy viginti : Quesnoy, Acq, Amerin, Anappe, Anstain, Bondues, Croix, Deulemont, Flers, Frelinghien, Hellemme, Lecquin, Lezenne, Loo, Marc, Marcquet, Ronchin, Tressin, Wambrechies, Wasqual.

Decanatus Wavriniensis viginti duos : Auetières, Beaucamp, Campengheghem, Engles, Erquenghem-le-Secq, Escembecq, Habourdin, Halemme, Houpline, Lambesart, Ligny, Lomme, Lompret, Maisnil, Perency, Primesques, Randighem, Santes, Sequedin, Wavrin, Verlengeghem.

Decanatus Cortracensis viginti : Courtray, Bavechove, Bevere, Bisseghem, Cuerne, Deerlick, Desselghem, Geuleghem, Harlebeke, Heulle, Hulst, Ingelmunster, Iseghem,

Lendele, Maerck, Morsele, Wevelghem, Zweveghem, Oyeghem.

Decanatus Meninensis undecim : Menin, Aelbeke, Bousbeke, Cominium, Holbeke, Ghelevelt, Halewyn, Haultem, Lauwe, Reckem, Wervick.

Decanatus Secliniensis sedecim : Seclin, Annevelin, Avelin, Antroeulle, Fretin, Houplin, Marcque, Noyelle, Perone, Sainghien, Templemare, Watignies, Tourmignies, Merignies, Bersée, Mons en Pevèle.

Decanatus Carviniensis quindecim : Carwin, Carnin, Camphin, Bovinprouvin, Atiche, Annoeulin, Meurchin, Phalempin, Tumeries, Wahagnies, Gondencourt, Alenne, Herin, Cheny, Pont-à-Vendin.

In cujus rei testimonium has praesentes nostras literas sigillo nostro majori communiri ac per secretarium nostrum subscribi fecimus.

Actum Tornaci, die vigesimo secundo junii, anno Domini millesimo quingentesimo octogesimo nono.

Ex mandato domini reverendissimi Tornacensis,

NICOLAUS ZOES, secretarius.

Original sur parchemin, *Archives de l'évêché de Tournai*, nº 185, aux Archives du Royaume.

JEAN DAUVIN PREND POSSESSION DU SIÉGE ÉPISCOPAL DE NAMUR. — DEUX ACTES DE SON ÉPISCOPAT[1].

I.

Procès-verbal de la prise de possession.

25 octobre 1615.

Reverendissimus [Joannes Dauvin], acceptis litteris suae confirmationis a Summo Pontifice, jussit convocari capitu-

[1]) Voyez sur Jean Dauvin, évêque de Namur la notice du chanoine WILMET, *Fragment d'une histoire ecclésiastique de Namur ; épiscopat des*

lum ad praefigendum diem ad capiendam possessionem; quem domini capitulares suo arbitrio reliquerunt. Die constituto, qui erat 25 octobris 1615, ac dominis canonicis in loco capitulari congregatis, idem reverendissimus, quia personaliter accepit possessionem, misit per aliquem canonicum bullam suae confirmationis ad capitulum. Qua cum reverentia accepta ac in capitulo per notarium perlecta, domini deputarunt duos ex confratribus ad palatium episcopale, qui comitarentur reverendissimum dominum confirmatum ad ecclesiam; ubi, facta brevi oratione, accessit ad locum capitularem, ibique omnibus confratribus praesentibus, dominus decanus ex parte dominorum proposuit reverendissimo, an vellet more suorum praedecessorum pacifice promittere dictum capitulum in suis antiquis privilegiis, exemptionibus et libertatibus secundum usum et consuetudinem secundariarum ecclesiarum Leodiensium. Respondit esse suae intentionis ea omnia velle servare secundum consuetudinem hactenus observatam. Quo facto, praestitit juramentum, ut sequitur, in capitulo : « Ego Johannes Davinus, presbyter electus et confirmatus ecclesiae sancti Albani Namurcensis, juro ad haec sancta Dei evangelia et in animam meam, quod ero fidelis huic ecclesiae meae; ejusque jura, libertates, privilegia et exemptiones pro posse observabo et defendam. Ita me Deus adjuvet et haec sancta Dei evangelia. » Juramento praestito, reverendissimus dominus induit cappam in capitulo, similiter omnes canonici tunc induti cappis, cruce praecedente, clericis et officiariis claudentibus latera reverendissimi domini, dominus decanus cum domino Mouton, cantore ejusdem ecclesiae, descenderunt ex capitulo, et per

évêques Dauvin et Des Bois, publiée dans les *Annales de la société archéologique de Namur,* VIII, p. 383 et suiv. Nous saisissons cette occasion pour exprimer le vœu que M. le chanoine Wilmet publie bientôt l'*Histoire ecclésiastique de la ville et du diocèse de Namur,* travail qu'il prépare depuis plusieurs années, et pour lequel il a recueilli tous les matériaux.

navim ecclesiae deduxerunt reverendissimum dominum ad chorum ipsius ecclesiae, et inibi publice dominis canonicis et aliis pluribus personis praesentibus coram summo altari et ante illud, genibus flexis, procubuit. Tunc praefatus reverendissimus alta voce inchoavit antiphonam : *Veni sancte Spiritus;* qua per cantores finita, cecinit versiculum : *Emitte Spiritum tuum,* ac collectam : *Deus qui corda fidelium.* Quibus absolutis, insequendo dictas litteras apostolicas praesertim in vim clausulae : *Tibi ut vigore praesentium possessionem seu quasi regiminis* etc., prout in dicta bulla plenius continetur, dominus decanus cum domino Mouton, cantore, omnibus, quibus potuerunt, melioribus modo et forma eundem reverendissimum in corporalem, realem et actualem possessionem seu quasi regiminis et administrationis, ac bonorum mensae episcopalis Namurcensis posuerunt et induxerunt per tactum et osculum majoris altaris; inibique ad dictum altare iterum praestitit juramentum ut supra; ac ducentes ipsum reverendissimum ad primam cathedram dextri chori ipsius ecclesie, tapete ornatam, illam pro cathedra seu stallo episcopali eidem assignarunt, praesentibus omnibus canonicis in formis stantibus interim, dum stallum reverendissimo assignatur.

His peractis, omnes tam officiarii quam canonici descenderunt in navim ecclesiae, ubi confestim decantatum fuit solemniter cum musica illud canticum : *Te Deum laudamus.* Quo absoluto, dominus decanus cum cantore, cruce et canonicis praecedentibus reduxerunt eundem dominum reverendissimum ad capitulum, ibique locum episcopalem designarunt, ponentes dictum reverendissimum dominum electum et confirmatum in omnimodam et plenariam possessionem dicti episcopatus. Deinde omnes confratres, senioribus praecedentibus, cum debita reverentia accesserunt ad osculum manus reverendissimi. His omnibus peractis, clerus in ordine, cruce praecedente, reduxerunt reverendissimum dominum ad

suum palatium episcopale; ac circa horam duodecimam honeste in prandio tractavit totum capitulum una cum domino praeside consilii provincialis Namurcensis et pluribus aliis nobilibus omnium praemissorum testibus.

Acta capitularia sancti Albani Namurcensis, 1615—1627, fol. 12 ro et vo, et 13 ro, aux Archives de l'Etat, à Namur.

II.

Organisation des prébendes du chapitre de Saint-Aubain[1].

8 et 9 décembre 1620.

Die nona decembris, anno millesimo sexcentesimo vigesimo, publicatae et lectae ac in hoc capitulo omni cum reverentia acceptae et admissae fuerunt litterae reverendissimi domini Johannis Dauvin, episcopi Namurcensis, pro institutione praebendarum presbyteralium ac reformatione aliarum; quarum tenor sequitur, et est talis :

Joannes Dauvin, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Namurcensis, universis et singulis, hasce visuris, lecturis pariter et legi audituris salutem in Domino. Cum decretis sacrosancti concilii Tridentini, sess. xxiv, cap. xii, de ref., inter alia statutum sit, quod in cathedralibus ecclesiis omnes canonicatus et portiones habeant annexum ordinem presbyterii, diaconii vel subdiaconii, volentesque hoc tam salubre decretum juxta pastoralis nostri officii debitum executioni demandare, de consilio venerabilium confratrum nostrorum ecclesiae cathedralis nostrae canonicorum nobis hac in parte communicato, canonicatibus et praebendis, quos in eadem ecclesia nostra obtinent et possident reverendi domini Egidius Bosman, Joannes Mouton, Joannes Roberti, Paschasius Schenkels et Franciscus Hareus, sacrum presbyteratus

[1]) Voyez sur cette organisation la notice citée de M. Wilmet, dans les *Annales de la société archéologique de Namur*, VIII, p. 385.

ordinem annectimus, ita ut deinceps et in posterum eorum in canonicatibus et praebendis praedictis successores, illorum vacatione occurrente in sacro presbyteratus ordine constituti esse debebunt infra terminum ad hoc a jure praefixum, canonicatui vero et praebendae quos in eadem ecclesia nostra obtinet reverendus et generosus dominus Adrianus Conrardus de Bourgoigne, quibus hactenus nullus ordo sacer annexus fuit, sacrum subdiaconatus ordinem annectimus, ita ut ejus in iisdem pro tempore futuri successores similiter infra tempus a jure requisitum ordinem eundem suscipere teneantur et debeant. Reliqui vero canonicatus et praebendae remanebunt, prout hactenus fuerunt et ex fundatione sunt, presbyterales, diaconales et subdiaconales, ita ut hoc modo juxta dicti decreti formam canonici dictae nostrae ecclesiae pro una medietate erunt presbyteri, numeratis aliis quinque canonicatibus et praebendis, qui a primaeva institutione dictum presbyteratus ordinem annexum habuerunt; et pro altera diaconi vel subdiaconi. Quae praemissa omnia et singula auctoritate nobis per dictum concilium attributa ita ordinamus, decernimus et inviolabiliter observari, ac in capitulo praetactae ecclesiae primo quoque tempore publicari ac in registro actorum illius registrari respective mandamus. Datum Namurci sub nominis nostri subscriptione et sigilli nostri subimpressione, hac die tertia decembris 1620.

Inferius signatum : Joannes, *episcopus Namurcensis;* pendebatque sigillum magnum in cera rubra cum cauda duplici infixum; in quo sigillo erant impressa insignia praefati reverendissimi domini.

Acta capitularia sancti Albani Namurcensis, 1615—1627, fol. 83 v° et 84 r°, aux Archives de l'Etat, à Namur.

III.

Réformation des statuts du chapitre de Saint-Aubain[1].

5 octobre 1622.

Joannes Dauvin, Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Namurcensis, et Sedis ejusdem quoad infrascripta per sacrum concilium Tridentinum delegatus, venerabilibus in Christo nobis sincere dilectis confratribus nostris praeposito, decano et capitulo ecclesiae nostrae Namurcensis salutem in Domino. Cum superioribus his diebus in visitatione ecclesie praetactae et suppositorum ejusdem juxta ordinationem dicti sacri concilii Tridentini per nos facta, statuta et ordinationes super divino officio et moribus informandis defectuumque excessibus corrigendis per praedecessores nostros factae reperissemus non debite observari, imo altercationes dubitationesve super eorum observatione frequenter inter capitulares exoriri, nos dictis inconvenientibus obviare desiderantes matura deliberatione praehabita, sequentes declarationes pro inviolabili dictorum statutorum observatione facere decrevimus, prout in his scriptis facimus et decernimus.

Primo, ad tollendam omnem dubitationem circa observationem ordinationum supradictarum declaramus statuta et ordinationes pie memorie reverendissimi domini Antonii Havetii, primi Namurcensis episcopi, haberi et observari debere tanquam legitima et recepta a capitulo statuta, illisque nihil addendum aut detrahendum esse, et ea sola in capitulis generalibus esse legenda necnon novis canonicis, dum recipiuntur, praelegi debere, antequam ad praestandum solitum juramentum admittantur.

Quod si quandoque aliqua occurrent in dicto capitulo et suppositis ejus reformatione digna, ne multitudo statutorum

[1]) Voyez sur cette réforme la notice citée de M. Wilmet, dans les *Annales de la société archéologique de Namur*, VIII, p. 386.

confusionem afferat, id in posterum fiet per monitiones et articulos generales et particulares, sicut et nos in hac nostra visitatione facimus; dictique articuli secundum eorum materias in tabulis describantur, quae vel in capitulo, dum illud tangunt, vel in sacristia, cum divinum officium spectabunt, quo ignorantiae praetextus tollatur, dependeant.

In congregationibus capitularibus et frequentatione divini officii infrascriptas regulas observandas esse et in tabulas redigendas, quae in capitulo et sacristia respective dependeant, decernimus.

Regulae observandae in congregationibus capitularibus.

I. Capitulares congregationes nunquam fiant tempore, quo canitur divinum officium in choro; sed immediate post laudes, aut ita mature ante summam missam tempore hiemali, ut omnes illi interesse possint. Quod si negotia tunc proposita ante ejusdem missae initium absolvi non potuerint, differantur post finem illius et tunc omnes ad capitulum redeant, et praedicta negotia absolvant. A meridie autem nulla omnino fiat congregatio.

II. Ad dictas capitulares congregationes canonici statutis diebus accedant, et aliis item diebus extra ordinem vocati conveniant omnes; neque cuiquam, illo per dominum decanum aut ejus locum tenentem non dimisso, ante discedere liceat, nisi ex causa ipsi decano probata, missioneque ab eodem impetrata.

III. In dictis congregationibus, quae fuerint proponenda, per dictum dominum decanum seu ejus locum tenentem proponantur; et si negotium fuerit magni momenti, antequam vota singulorum colligantur, poterit universum discuti, ita ut singuli possint suas difficultates proponere. Qua discussione facta, ipse dominus decanus vota singulorum ordine debito accipiat et a pluralitate suffragiorum rem concludat.

IV. Quod si negotium talis videatur momenti, ut tunc

temporis resolvi nequeat, quo maturius de illo consultetur, in proximam poterit differri congregationem, nisi res fuerit ejusmodi, quin diuturnam moram non patiatur. Tunc post triduum aut etiam breviori tempore capitulum ad eum effectum convocetur.

V. Uno negotio proposito, non transeatur ad aliud, nisi resolutione illius subsecuta. Quod si aliter praesidens capituli fecerit, liceat sequenti canonico illud resumere, et vota singulorum super illo colligere.

VI. Facta propositione et discussione, si intervenerit, cum modestia et gravitate dicant singuli suo ordine opinionem suam, nec ullus alium interturbet. Si quis hoc facere praesumpserit, distributione capitulari illa vice careat; et praeterea ne jus eidem sit in illo neque in duobus deinceps sequentibus capitulis sententiae dicendae.

VII. Neque vero cuiquam locus sit jocose et scurriliter in capitulo loquendi, cum sit locus justitiae administrandae, neque rixas et contumelias miscendi. Quae si eveniant, ad episcopum deferantur; qui delinquentes, prout juris fuerit, plectet.

VIII. Secreta capituli omnes religiose servent, et si quis ea revelasse convictus fuerit, poena perjurii puniatur.

Ratio frequentandi divinum officium.

In festis majoribus, reverendissimo domino rem divinam faciente, in matutinis adsint domini canonici ante finem invitatorii. In missa, si quae fiat processio, ipsam sua presentia decorabunt et perseverabunt usque ad finem sacri officii; in vesperis autem statim a principio perseverantes usque ad finem.

In aliis festis officium faciente domino decano, domini aderunt ante finem primi psalmi, tam in matutinis quam vesperis. In missa ante *Gloria in excelsis;* et perseverabunt in omnibus usque ad finem officii.

In duplicibus et semiduplicibus per annum adsint in matutinis ante finem tertii psalmi; in missa ante finem epistolae; in vesperis ante finem primi psalmi; et remanebunt usque ad finem officii.

In simplicibus et ferialibus adsint ante finem tertii psalmi usque ad finem primae collectae; in missa ante finem epistolae; et in vesperis ante finem secundi psalmi; remaneantque usque ad finem officii.

In vigiliis defunctorum aderunt, prout fundatio anniversariorum requiret, si inclusive, ante finem tertii psalmi, et finem introitus in missa, si non inclusive, ante finem tertii psalmi, et in missa ante finem epistolae, perseverantes usque ad finem.

Qui tardius quam supra expressum est, chorum ingressus fuerit, aut citius egressus, distributione illius horae vel officii, qui hoc fecerit, carebit, nisi tamen ob infirmitatem aut evidentem ecclesiae utilitatem excusetur. Quae quidem utilitas ecclesiae juxta declarationem concilii provincialis Cameracensis tunc subesse dicitur, cum canonici in negotiis capituli aut fabricae suae ecclesiae, vel in negotiis dioecesis cum reverendissimo domino episcopo, vel ex ejus commissione occupabuntur, omni tamen dolo et fraude seclusis.

Confitentes sacramentaliter et confessiones confratrum excipientes, necnon celebrantes in ipsa ecclesia, dummodo ingressum in chorum fecerint, aut ad illum reversi fuerint, prout praescriptum est, praesentes censebuntur.

Nulli liceat tempore divinorum per chorum discurrere, ut socium alloquatur. Qui id facere praesumpserit, quinque stupheros ad opus fabricae exsolvat.

Ceremoniae in celebratione divinorum exacte observentur, quae in Romano missali et ceremoniali continentur; et ad eum effectum magister ceremoniarum constituendus erit, cui omnes in illis attendere debebunt.

Haec sunt, quae ex hac nostra visitatione emendanda et in posterum observanda esse in capitulo et ecclesia reperimus. Ut autem his plenior fides habeatur, propria manu subscripsimus et sigillum nostrum subimprimere fecimus. Datum in palatio episcopali Namurci, 5 octobris 1622. Subsignatum : Joannes, *episcopus Namurcensis*. Eratque illis subimpressum sigillum in cera rubra.

Acta capitularia Sancti Albani Namurcensis, 1615—1627, fol. 116 ro—118 vo, aux Archives de l'Etat, à Namur.

Donation faite aux Trinitaires de Lérinnes.

Il y avait autrefois à Lérinnes, hameau dépendant de la commune de Tourinnes-Saint-Lambert, un couvent de religieux Trinitaires, fondé par le chevalier Gilles de Lérinnes, de la famille des ducs de Brabant. Voyez sur ce couvent Leroy, *Topographia Gallo-Brabantiae*, p. 133.

Mai 1220.

Ego Maria et Godfridus, filius meus primogenitus, contulimus in elcemosinam basilice Sancti Salvatoris de Lerinnes duas partes decime, que ad nos spectabant culture domini Egidii ejusdem villule et domini Thome de Niel. De qua cultura sunt sex bonnaria pro animabus patris mei domini Engerami, et matris mee domine Berte, et mariti mei Willelmi, et pro mea et antecessorum meorum. Et hoc factum sub testimonio predicti Egidii et Petri sacerdotis de Orbais, et Bernardi ipsius ville et Joannis. Et hoc attestatione sigilli mei corroboravi. Datum anno ab Incarnatione Domini m. cc. xx, mense maio.

Cartulaire des Trinitaires de Lérinnes, fol. 1, aux Archives générales du Royaume.

NOTICE SUR LA GÉOGRAPHIE ECCLÉSIASTIQUE

DE LA BELGIQUE

AVANT L'ÉRECTION DES NOUVEAUX ÉVÊCHÉS AU SEIZIÈME SIÈCLE[1].

CHAPITRE III.

POUILLÉ DU DIOCÈSE DE LIÉGE (1558).

ARTICLE VIII.

ARCHIDIACONÉ DE LA FAMENNE.

§ 1. DOYENNÉ DE CHIMAY. — BENEFICIA CONCILII CYMACENSIS.

Aublen, ecclesia. *Aublain.*

Baladio, ecclesia, sive Bauiu. *Baileux.*

Altare Eligii. — A. Marie.

Botonvilhe, capella, sive Bodonvilla. *Boutonville, sous Baileux.*

Bossuti, ecclesia. *Boussut-en-Fagne.*

Altare Marie leprosorum ibidem et altare Johannis.

Capella Marie in leprosaria de Covino simul cum altari Johannis in Bossuto.

Altare Johannis Baptiste in Bossuto.

Choz, ecclesia. *Chooz (France).*

Covini, ecclesia. *Couvin.*

Altare Nicolai castri. — A. Magdalene in Bossuto.

Altare Johannis Ewangeliste annexum. — A. Catherine. — A. Petri et Nicolai. — A. Huberti. — A. Christophori et Jacobi. — A. Agnetis. — A. Marie et Johannis Baptiste.

Cimaci, ecclesia. *Chimay.*

Altare s. Monegundis. — A. Marie in atrio. — A. castri.

Hospitale.

Altare Petri. — A. Johannis Baptiste in leprosaria. — Matricularia.

[1]) Suite. — Voyez tom. I, p. 9, 234 et 446; II, p. 137 et 365.

Dailhes, ecclesia. *Dailly.*

Durbes, ecclesia. *Dourbes.*

Matricularia. — A. Marie novum.

Detingnee, ecclesia. *Petigny.*

Doys, ecclesia, et Gingnee, ecclesia. *Doische et Gimnée.*

Altare Eligii. — Matricularia.

Fimaci, ecclesia. *Fumay* (*France*).

Altare Marie. — Matricularia. — A. Johannis Baptiste de novo fundatum. — A. sive capella de Diverso Monte.

Fraynes et Bossuti, ecclesia. *Frasne et Boussut-en-Fagne.*

Altare Johannis Baptiste et Magdalene. — Matricularia annalis.
Capella s. Johannis in Bussuto.

Foys, ecclesia. *Foiche* (*France*).

Frangnoldi, ecclesia. *Fagnolles.*

Altare Nicolai. — A. castri et Eleez. — A. hospitalis.

Gonrieux, ecclesia, sive Gonhezee. *Gonrieux.*

Altare Katherine et Nicolai.

Ham supra Mosam, ecclesia canonicatus Lamberti Leodiensis. *Han* (*France*).

Capella castri in Herge. *Hierges* (*France*).

Altare Marie.

Hebes. *Haibe* (*France*).

Altare Marie. — A. Nicolai.

Hierges, capella sancti Johannis Baptiste. *Hierges* (*France*).

Matangne magna, ecclesia. *Matagne-la-Grande.*

Altare Sebastiani. — A. Nicolai. — Matricularia. — A. Johannis Baptiste et Barbare.

Masee, ecclesia. *Mazée.*

Manilio, ecclesia. *Mesnil-Saint-Martin.*

Molhain, ecclesia. *Molhain* (*France*).

Nymes, ecclesia. *Nismes.*

Personatus. — Matricularia perpetua.

Neiterclies, ecclesia, sive Nyverlee. *Niverlée.*

Altare Nicolai.

Oyegmies, ecclesia. *Oignies.*

Oloys, ecclesia. *Olloy.*

Matricularia.

Ossongne, ecclesia.

Altare Nicolai. — A. Hilarii.

Peix, ecclesia, sive Perche. *Pesche.*

Capella castri.

Rewins, ecclesia. *Revin* (*France*).

Altare Katherine. — A. Nicolai.

Romeree, ecclesia. *Romerée.*

Altarie Marie et Crucis.

Sancte Genovefe, ecclesia. *Sainte-Geneviève.*

Trugne, ecclesia, sive Trongnee. *Treignes.*

Altare Marie. — A. Nicolai.

Viervez, ecclesia. *Vierves.*

Altare Marie. — A. Marie in castro. — A. Nicolai.

Virella, ecclesia. *Virelles.*

Viredium domini de Hebes, ecclesia. *Vireux* (*France*).

Sancti Servatii.

Altare Katherine.

Decanus pro suo decanatu.

§ 2. DOYENNÉ DE GRAIDE. — BENEFICIA CONCILII GREDENSIS.

Anseren, ecclesia. *Anseremme.*

Agymont. *Agimont.*

Altare ibidem.

Bullone, ecclesia. *Bouillon.*

Altare Margarete, Barbare et Catherine.
Vicaria in Faiz Venatoris. *Fays-les-Veneurs.*

Altare Lamberti. — A. Huberti. — A. consecratum in leprosoria. Hospitale s. Georgii.

Baronville, ecclesia. *Baronville.*

Beven, ecclesia. *Bièvre.*

Belloranio, ecclesia, et Warsin. *Beauraing et Versaines.*

Borsines nova et Borsines antiqua unitum. *Bourseigne-Neuve et Bourseigne-Vieille.*

Doreys, ecclesia et personatus simul. *Doreux, sous Pondrôme.*

Dyon in monte et Dion in valle simul annexum. *Les-Dions.*

Erclay, ecclesia et personatus simul. *Ecclay, sous Pondrôme.*

Personatus secundus. — Matricularia.

Falmaingne, ecclesia. *Falmagne.*

Finevaux, ecclesia, sive Fine Vaus. *Finnevaux.*

Falmyngnoulle, ecclesia. *Falmignoul.*

Fexhar, ecclesia. *Feschaux.*

Fellines, ecclesia seu vicaria. *Felenne.*

Formelines, ecclesia. *Fromelenne* (*France*).

Personatus.

Giveto, ecclesia. *Givet* (*France*).

Personatus.

Genebtes, ecclesia. *Gembes.*

Altare Johannis.

Gedines, ecclesia. *Gedinne.*

Altare Nicolai et Katherine. — A. Nicolai.

Gredis, ecclesia. *Graide.*

Personatus.

Hastiers, ecclesia. *Hastière.*

Hargnies, ecclesia. *Hargny* (*France*).

Jussonville, ecclesia. *Jehonville.*

Loyer, ecclesia. *Loyer.*

Loëtum sancti Dionisii. *Louette-Saint-Denis.*

Mains sancti Petri, ecclesia. *Mesnil-Saint-Blaise.*

Loëtum sancti Petri, ecclesia. *Louette-Saint-Pierre.*

Mayen, ecclesia. *Mahoux, sous Mesnil-Saint-Blaise.*

Meassin, ecclesia. *Maissin, sous Villance.*

Manilum, ecclesia. *Mesnil-Eglise.*

Ozy, ecclesia. *Oizy.*

Offay, ecclesia. *Haut-Fays.*

Ochamp, ecclesia. *Ochamps.*

Offangne, ecclesia. *Offagne.*

Pondrem, ecclesia. *Pondróme.*

Personatus. — Matricularia.

Pallisoul, ecclesia. *Paliseul.*

Personatus.

Roducum, ecclesia, sive Raduco. *Redu.*

Rynies, ecclesia. *Rienne.*

Severey, ecclesia. *Sevry, sous Javingues.*

Villanche, ecclesia. *Villance.*

Personatus.

Wilhersie, ecclesia. *Willerzie.*

Vininnes, ecclesia. *Winenne.*

Wonexhe, ecclesia. *Vonéche.*

Wynehummont, ecclesia. *Vencimont.*

Wanchinez de Bealren, capella sub Bello Rano. *Wancennes.*

Decanus pro suo decanatu.

§ 3. DOYENNÉ DE ROCHEFORT. — BENEFICIA CONCILII RUPEFORTENSIS.

Aves, ecclesia, v. xlv mod. *Ave et Auffe.*

Aquis, ecclesia, v. xxx mod. *Aye.*

Altare Nicolai, v. xii mod. — A. Margarete, v. xviii mod.

Arvile, ecclesia, v. xxxv mod. *Arville.*

Buers, ecclesia, sive Bure, v. xxv mod. *Buze.*

Altare Barbare in Buren, v. viii mod. — Matricularia perpetua, v. xii mod.

Champlon, ecclesia, v. xxx mod. *Champlon.*

Chardeneur, ecclesia, v. xx mod. *Charneux, sous Harsin.*

Eine in Famenna, ecclesia, sive Eive. *Enhet, sous Chevretogne.*

Erclare. *Ecclay, déjà nommé au doyenné de Graide.*

Erproive, ecclesia, v. xxx mod. *Eprave.*

Frandeur, ecclesia, v. xxx mod. *Frandeux, sous Mont-Gauthier.*

Frigidi Locy, ecclesia, v. l mod. *Froidlieu, sous Sohier.*

Gymeal, ecclesia, v. xx mod. *Jemelle.*

Hargimont, ecclesia, v. xl mod. *Hargimont.*

Personatus primus. — Personatus secundus.

Hoverenez sive Honnez, ecclesia, v. xxx mod. *Honnaye.*

Han super Lesiam sive Lissiam, ecclesia, v. xl mod. *Han-sur-Lesse.*

Hans, ecclesia. *Han, déjà nommé.*

Hourt, ecclesia, v. iiii^{xx}x mod. *Hour.*

Personatus primus. — Personatus alius. — Matricularia perpetua, v. vi mod.

Huyet, ecclesia, v. c mod. *Houyet.*

Altare Nicolai. — A. Catherine et Barbare.

Juffetagne, ecclesia, sive Jusetangne, v. xl mod. *Chevretogne.*

Jamblines, ecclesia, v. xxxiiii mod. *Jambline, sous Villers-sur-Lesse.*

Juppreve sive Jeppreve. *Jemeppe, sous Hargimont?*

Lychyve, ecclesia, sive Lichivve, v. xxx mod. *Lessive.*

Marchia, ecclesia, v. cxl mod. *Marche.*

Altare Johannis Baptiste, v. xxx mod. — A. Jacobi novum. — A. Marie novum, v. x mod. — A. Jacobi majoris, v. vi mod. — A.

Nicolai, v. xi mod. — A. Petri, v. xx mod. — A. Anne et Katherine, v. xxx mod. — A. Agnetis, v. xxx mod.

Hospitale s. Nicolai, v. xvi mod.

Altare Katherine et Margarete, v. xvi mod. — A. Crispini et Crispiniani, v. vi mod. — A. Michaëlis et Barbare. — A. Marie novum. — A. s. Jacobi. — A. Margarete et Katherine. — A. Nicolai in monasterio Carmelitarum. — Matricularia in Marchia, v. xvi mod.

Masbourch, ecclesia, v. l mod. *Masbourg.*

Mons Waltheri, ecclesia, v. xxxiiii mod. *Mont-Gauthier.*

Marins, ecclesia, sive Nichinnes, v. xx mod. *Marenne.*

Marloy, ecclesia, v. xxx mod. *Marloye, sous Waha.*

Nettinne, ecclesia, v. xl mod. *Nettinne.*

Matricularia, v. vi mod.

Oyent, ecclesia, v. xl mod. *On.*

Altare castri in Jemeppia, v. xii mod.

Ora, ecclesia, v. xl mod. *Heure-lez-Marche.*

Roys, ecclesia, v. xxx mod. *Roy.*

Rochefort, ecclesia, v. xl mod. *Rochefort.*

Altare Nicolai, v. x mod. — A. Catherine, v. x mod. — Matricularia perpetua. — A. Barbare, v. xl mod.

Revongne, ecclesia, v. xxx mod. *Revogne, sous Honnay.*

Altare Katherine, v. viii mod.

Serini Campi, ecclesia, v. xl mod. *Serinchamps.*

Personatus, v. xvi mod. — A. Anne. — Matricularia perpetua, v. xl mod.

Sancti Remigii, ecclesia, v. xxxvi mod. *Saint-Remy, sous Rochefort.*

Siergnon, ecclesia, v. xxxiiii mod. *Ciergnon.*

Tellins, ecclesia, v. iiii^{xx} mod. *Tellin.*

Altare Johannis, v. xvi mod. — A. Francisci, v. xii mod. — A. Margarete, v. viii mod.

Tevin, ecclesia, v. xliiii mod.

Altare Petri et Margarete, v. viii mod.

Wailhet, ecclesia, v. xxx mod. *Waillet.*

Walha sancti Martini, v. xl mod. *Waha.*

Villari supra Legiam, v. xl mod. *Villers-sur-Lesse.*

Matricularia perpetua, v. iiii mod.

Walha sancti Stephani, v. xxx mod. *Waha*[1].

Personatus primus, v. xvi mod. — Personatus secundus, v. xvi mod. — Personatus tertius, v. xvi mod. — Personatus quartus, v. xvi mod. — Matricularia perpetua,

Wauvreheile, ecclesia, v. xxx mod. *Wavreille.*

Walines, ecclesia, v. xxv mod. *Waulin.*

Altare.

Welin, ecclesia, v. xl mod. *Wellin.*

Altare Jacobi, v. viii mod. — A. Nicolai, v. xiiii mod. — A. Catherine, v. xiiii mod. — Matricularia, v. xv mod.

Decanus pro suo decanatu.

[1]) Les deux Waha ne forment plus qu'une paroisse.

C. B. De Ridder.

(*La suite à la prochaine livraison*).

Possessions de l'abbaye de Tongerloo, en 1297.

silio pariter et assensu in causa et causis, quae coram nobis inter honorabilem et religiosum virum Johannem de Lymborgh, tamquam priorem sive rectorem hospitalis S. Matthaei *ad cathenam* nuncupati, ordinis S. Augustini Leodiensis, reum, et conventum ex una, et quosdam Adolphum a Scheyvenbergh, uti praepositum, et Gerardum a Groesbeck, uti decanum insignis ecclesiae Leodiensis, de et supra praetenso jure visitandi, corrigendi et reformandi tam ipsum Johannem, uti priorem, quam dictum hospitale in capite et membris, rebusque aliis in actis causae et causarum hujusmodi latius deductis, et illarum occasione in prima versae fuerunt et vertuntur instantia, partibus ex altera, ferimus in his scriptis, pronuntiamus, decernimus, declaramus et definimus jactationes, molestationes, vexationes, turbationes, impetitiones et impedimenta quaecumque per dictos Adolphum, praepositum, et Gerardum, decanum, eidem Johanni, uti priori, ac illius hospitali de et super praetenso jure visitandi, corrigendi et reformandi quomodolibet factas, praestitas, illatas, factaque, praestita et illata, fuisse et esse temerarias, indebitas, iniquas, illicitas et injustas, temerariaque, indebita, iniqua et injusta ac de facto praesumptas ac praesumpta, illasque et illa praefatis praeposito et decano fecisse et facere minime licuisse neque licere de jure; eumdem Johannem Lymborgh, priorem, ab illis ac omnibus et singulis praetensisque petitionibus eorumdem praepositi et decani absolvendum et liberandum fore et esse, prout absolvimus et liberamus, dictisque praeposito et decano in personam dicti Johannis Lymborgh, uti prioris dicti hospitalis, illiusve hospitalis membra, nullum umquam jus visitandi, corrigendi et reformandi competiisse, neque competere; eisdemque dominis praeposito et decano super praetenso jure visitandi, corrigendi et reformandi perpetuum silentium imponendum fore et esse, prout imponimus, eosdem Adolphum et Gerardum, decanum, in expensas, propterea pro parte dicti

Johannis prioris in causa et causis hujusmodi ac praemissorum occasione quomodolibet factas, condemnandum fore et esse, prout condemnamus; quarum taxationem nobis in posterum reservamus. Ita pronunciavi ego Johannes Baptista Guidobonus, Rotae auditor.

Le prévôt et le doyen portèrent l'affaire en seconde instance devant l'auditeur Didacus de Dega, évêque des Canaries, celui-ci confirma le premier jugement. Ils appelèrent ensuite en troisième instance devant l'auditeur Paul Emile Verallus, évêque de Capaccio, qui le confirma également.

V.

Legs du nonce Jean François Bonhomme.

25 février 1587.

Pecuniam autem, quam habet Arnoldus Hocht, juris licentiatus et curiae Leodiensis advocatus, in manibus suis nomine dicti domini testatoris depositam, ex cancellariae domini testatoris expeditionibus seu compositionibus congestam, vult applicari pro initio institutionis et promotionis *montis pietatis* in civitate Leodiensi erigendi, dummodo tamen ultra biennium dicta erectio non differatur; alioquin, dicto termino elapso, vult dictam pecuniam deponi apud collegium societatis Jesu, et collegio dictae societatis, in eadem civitate Leodiensi extruendo, applicari, si eo tempore exstruatur; alioquin cedent dictae pecuniae seminario, si tunc erectum sit juxta formam concilii Tridentini; alias cedant monasterio alicui monialium pauperi, in quo clausura servetur, arbitrio episcopi Leodiensis. Voluit autem dictus dominus testator quoad summam sive quantitatem dictarum pecuniarum stari simplici verbo dicti domini Hocht, qui eam penes se habet vel exigere debet.

VI.

Ernest de Bavière nomme les proviseurs du Séminaire et règle leurs attributions.

21 jan. 1592.

Ernestus, Dei et Apostolicae Sedis gratia electus et confirmatus archiepiscopus Coloniensis,.... electus et confirmatus episcopus Leodiensis,... Quandoquidem post varios labores, superatis difficultatibus, quae intervenerunt circa sollicitationem et procurationem unionis hospitalis S. Matthaei Leodiensis, *ad cathenam* nuncupati, cum seminario, per nos nuper sub nona februarii anno xv^c octuagesimo nono in civitate nostra Leodiensi erecto et publicato, eadem unio de consensu prioris, professorum, praebendatorum et conventualium ac aliorum, jus ad alimenta in eodem hospitali habentium, conclusa et absoluta fuit, et quoniam ultra ecclesiam et domum, excepta tamen illius aliqua parte priori pro commoda sui habitatione reservata, parum admodum erit in proventibus, qui per pensiones, singulis pro alimentis assignatas, exhausti sunt, et imo priore et secundo anno non sufficient pro oneribus, unde collecta tempore erectionis et publicationis indicta subvenire debet; proinde opus erit bona et frugali administratione, ut negotium, ad Dei honorem et gloriam Ecclesiaeque suae catholicae decorationem ordinatum et institutum, bonos habeat progressus; hinc est, quod juxta praeceptum concilii Tridentini ad hujus negotii directionem ex collegio nostro primario Leodiensi et ex reliquo clero duo, simul quatuor, de quibus electio duorum ad nos, reliquorum duorum ad capitulum Leodiense et ad reliquum clerum pertinebit, ita quod capitulum Leodiense unum ex suo gremio et reliquus clerus etiam unum ex suis capitulis per turnum eliget; unde de praesenti ex collegio nostro primario eligimus venerabilem dominum Georgium Thourinum, scholasticum Leodiensem, theologiae professorem, et ex clero nostro secundario venera-

bilem dominum Martinum Didineum, ecclesiae nostrae sancti Petri Leodiensis decanum, ultra quos prior dicti hospitalis, vita sua durante, propter notitiam rerum et jurium hospitalis, ad hanc deputationem seu administrationem cum aliis visus fuit opportunus et idoneus; illum propterea ad hoc cum eisdem ex parte nostra intuitu partium assumptum volumus, salva semper nobis seu vicario nostro generali necnon praeposito et decano Leodiensi potestate visitandi, quam ab antiquo in dicto hospitali habuimus; a qua nullatenus intendimus resilire, salvis etiam capitulo et ecclesiae nostrae Leodiensi jure carcerum et braxiniae ac aliis praeeminentiis et praerogativis in dicto hospitali, si quae sint, competentibus; et insuper quia venerabiles domini Martinus Didinaeus, decanus sancti Petri Leodiensis, necnon Antonius Cornely, scholasticus sancti Pauli Leodiensis, admodum rigorosam obligationem suarum personarum, rerum et bonorum suorum etiam cum juramento in se susceperunt, quo consensus in dicto hospitali ad alimenta jus habentium obtineri posset, neque aliter obtineri potuit, ad quae bona (uti praemittitur) obligata ex minimo defectu praestationis eorum, quae ex parte nostra cum professis conventualibus et praebendatis aliisque jus ad alimenta in dicto hospitali habentibus pacta et conclusa sunt, potest praevia adjournatione quindenali per saisiniam et evictionem haberi recursus; hinc quoque, quia eorum interest, ut res et bona, et signanter registrum bonorum dicti hospitalis bene dirigatur, ipsis et eorum cuilibet hanc curam demandamus, ut etiam computatori leges in administrandis bonis ipsius hospitalis praescribant, deque rebus occurrentibus circa hanc solam administrationem taliter statuant, qualiter conscientia eorum et cujuslibet ipsorum putabit expedire, idque de consensu et consilio deputatorum seu deputandorum, de quibus supra facta est mentio. Et ut omnia sincere et sine corruptela progrediantur, singuli praefati et alii infrascripti gratis operas suas impendent, et ante exordium hujus suae

42.

administrationis in ecclesia hospitalis ante summum altare, et deinceps de anno in annum, ubi novi assumentur, juramentum fidelitatis praestabunt; et simul, quod nemo ex nominatis vel nominandis in futurum aliquid unquam a colonis vel aliis occasione hujus administrationis accipiat etiam sponte oblatum; insuper haec assumptio administratorum pro initio erit biennalis, ita quod post secundum annum assumentur duo novi, remanentibus duobus veteribus in administratione ad alium annum; et proinde si veteres duo compleverint tempus trium annorum, quibus lapsis, assumentur duo alii, remanentibus illis, qui anno praecedente assumpti fuerunt, qui ad biennium ultra priorem annum continuabuntur, et proinde etiam compleverint tres annos, et sic deinceps. Ut autem quotannis rationes universae administrationis reddantur, volumus et declaramus posse adhiberi ex singulis ecclesiis collegiatis deputatum, ut supra, non habentibus unum, et ex parte abbatum quoque unum, qui examini et lustrationi rationum intersint, et suffragium dicant simul cum vicario nostro generali, praeposito et decano et supradictis ordinariis necnon annuis deputatis, quorum suffragiis juvenes idoneos et oportunos, de legitimo thoro procreatos, bonorum nominis et famae, bonae indolis et competentis eruditionis, qui sint viginti vel supra annorum, de quibus spes haberi potest, quod futuri erunt idonei ad curam et regimen animarum suscipiendum, assumi et ad seminarium admitti volumus; leges quoque universae gubernationis et regiminis totius seminarii et inde dependentium volumus a supradictis suffragiis dependere, habituri ratum totum id et quidquid per superius nominatos et nominandos in futurum actum et gestum erit. Datum sub nostra signatura et sigilli nostri sub impressione anno a Nativitate Domini 1592, die 21 januarii.

VII.

Le pape Clément VIII incorpore l'hôpital de la Chaîne au Séminaire.

5 mars 1592.

Clemens, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. In apostolicae dignitatis culmine meritis quamque insufficientibus constituti singulorum fidelium, praesertim sacris litteris, quibus mundus illuminatur, incumbentium, et ex quorum doctrina et praeclaris operibus exemplarique vita in agro Domini in dies fructus uberes producuntur, votis, per quae eorum commoditati, sustentationi et suorum locorum reparationi, in eisque divini cultus augmento opportune consuli possit, liberaliter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis. Exponi siquidem nobis nuper fecit venerabilis frater Ernestus, episcopus Leodiensis, quod alias, videlicet de anno Domini M. D. LXXXIX, ipse unum majus in civitate Leodiensi juxta decreta concilii Tridentini, et postmodum aliud minus et tamquam ipsius majoris subsidiarium, nuncupata seminaria clericorum in oppido Sancti Trudonis, Leodiensis dioecesis, erexit et instituit, ac erectionem et institutionem minoris seminarii hujusmodi ejusque dotationem felicis recordationis Sixtus papa quintus, praedecessor noster, apostolica auctoritate approbavit et confirmavit. Cumque minus seminarium praetactum, Deo sic disponente, felix susceperit incrementum, majus vero otiosum et fere derelictum remanserit ex eo, quod collectae ad illius manutentionem destinatae aut nullae aut certe admodum parvae fiant, cum facultates ecclesiasticae personarum, a quibus illae exspectantur, ob continua in illis partibus vigentia bella adeo sint exhaustae, ut ad earumdem personarum sustentationem vix sufficiant, ob idque non possit sine maximo fidei catholicae detrimento diutius differri, quin illi de necessariis redditibus ad illius alumnorum et aliorum assistentium congruam sustentationem opportune provideatur,

ac propterea si prioratus hospitalis S. Matthaei apostoli et evangelistae, *ad cathenam* nuncupati, in civitate Leodiensi ac prope ecclesiam ipsam existentis, qui per unum monachum ordinis sancti Augustini, priorem nuncupatum, regi et gubernari consuevit, cujusque prior pro tempore existens ad aliam hospitalitatem quam suorum conventualium non tenetur; qui conventuales partim viri partim mulieres separatim viventes, sex videlicet viri et quatuor beguttae professae, neque plures esse debent, nec ad praesens plures quam vir unus et beguttae duae existunt, licet ad hospitalis hujusmodi ministerium admittantur aliquot viri et mulieres laici et liberi, ad loci stabilitatem tamen minime adstricti, praebendati nuncupati, nunc actu septemdecim vel circa existentes, dicto majori seminario uniretur, annecteretur, ex hoc perfecte subventioni, commoditati et dicti majoris seminarii et clericorum in eo degentium utilitati et fidei catholicae in illis partibus propagationi opportune consuleretur; quare pro parte dicti Ernesti episcopi nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus prioratum praetactum majori seminario perpetuo unire, annectere et incorporare, aliisque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur; Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, et semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis quorum interesset, ac praetactorum prioratus et majoris seminarii, necnon illorum fructuum, reddituum et proventuum annuum valorem ac erectionis et institutionis hujusmodi et quarumcumque aliarum unionum, annexionum et incorporationum vel concessionum et assignationum eidem majori seminario hactenus quomodolibet factarum, necnon instrumentorum ac scripturarum desuper confectorum tenores praesentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prioratum praetactum, cum primum ille per obitum

moderni prioris, professorum, ac praebendatorum nunc existentium vacaverit, aut postquam episcopus et capitulum cum priore, professis et conventualibus praetactis super eorum congrua sustentatione concordaverint et transegerint, super quo eidem episcopo plenam liberamque facultatem etiam concedimus, cum ecclesia, domo, conventu, annexis ac omnibus juribus et pertinentiis suis dicto majori seminario ex nunc, prout ex die vacationis illius seu transactionis et conventionis hujusmodi et e contra, apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo unimus, annectimus et incorporamus, necnon ipsius prioratus fructus, redditus et proventus, jura, subventiones et emolumenta quaecumque ex nunc, prout ex tunc, et postquam, uti praefertur, unitus, annexus, incorporatus fuerit dicto majori seminario, ita quod liceat dicto Ernesto episcopo, postquam unio, annexio et incorporatio hujusmodi effectum fuerint secutae, per se vel alium seu alios dicti majoris seminarii nomine corporalem, realem et actualem possessionem omnium et singulorum bonorum stabilium et proprietatum ac jurium, actionum et pertinentiarum, necnon illius fructuum, reddituum et proventuum, obventionum et emolumentorum quorumcumque, propria auctoritate libere apprehendere et perpetuo retinere, ac fructus, redditus, et proventus, jura, obventiones et emolumenta hujusmodi percipere, colligere, levare, exigere, recipere et recuperare, arrendare, locare, et dislocare, et in dicti majoris seminarii usus et utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita, auctoritate et tenore praesentium applicamus et appropriamus, districtius inhibentes dilectis filiis moderno priori, professis et praebendatis ipsius hospitalis, ne deinceps aliquos vel aliquas in dicto prioratu ad emittendam religionis professionem recipiant et admittant; praesentes quoque litteras et illarum vigore faciendas unionem, annexionem, incorporationem, applicationem et appropriationem hujusmodi, postquam factae fuerint, de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio,

sive intentionis nostrae aut quocumque alio defectu notari vel impugnari, aut alias quomodolibet infringi seu retractari, vel etiam per nos vel successores, nostros Romanos Pontifices, pro tempore existentes, aut Sedem Apostolicam vel illius legatos, etiam de latere, aut nuntios, vel loci ordinarium, aut quoscumque alios quavis auctoritate quomodolibet revocari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus posse, nec sub cancellariae apostolicae regulis, unionum effectum non sortitarum revocatoriis, per nos aut successores nostros Romanos Pontifices pro tempore quomodolibet edendis, comprehendi, sed semper ac perpetuo validas et efficaces existere, suosque pleniores et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus inviolabiliter observari; et nihilominus, donec et quousque unio, annexio et incorporatio praetactae suum plenarium et integrum effectum realiter sortitae fuerint, collectam duorum parvorum stuferorum monetae, in civitate praetacta cursum habentis, in erectione majoris seminarii hujusmodi super singulis speltae modiis omnium et singulorum beneficiorum dictae civitatis et dioecesis impositam per nos, ad quos spectat, seu usque tunc quomodolibet spectabit, persolvi omnino debere, necnon Ernestum episcopum et clericos praetactos super praemissis ac eorum quomodolibet per quoscumque quavis etiam apostolica praetacta vel ordinaria auctoritate quomodolibet molestari, perturbari, inquietari vel impediri non posse nec debere, sicque in praemissis ab omnibus censeri, et ita per quoscumque judices, commissarios delegatos et causarum palatii apostolici auditores, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate, judicari et definiri debere, necnon quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum vel inane decernimus. Quocirca dilectis filiis praeposito et decano dictae ecclesiae ac officiali Leodiensi per praesentes committimus et mandamus, ut ipsi, vel duo aut unus eorum, per se vel alium vel alios, litteras

praetactas, ubi et quando opus fuerit, ac quoties pro parte Ernesti et clericorum praetactorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra praesentes litteras et in eis contenta quaecumque inviolabiliter observari, ac Ernestum episcopum et clericos praedictos eis pacifice gaudere, omnesque et singulas personas ad solvendum quoscumque fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta dicti prioratus ipsi majori seminario compellant, non permittentes eos desuper contra earumdem praesentium tenorem quomodolibet indebite molestari, impediri aut inquietari, contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo ac legitimis super his habendis servatis processibus eosdem censuris et poenis aggravando, interdictum ecclesiasticum apponendo, et, si opus sit, auxilium brachii saecularis invocando. Non obstantibus.... Datum Romae, apud S. Petrum, sub annulo piscatoris, die quinta martii anni M. D. LXXXXII, pontificatus nostri anno primo.

VIII.

Le prince-évêque Ernest de Bavière érige le Séminaire, et en trace le règlement[1].

28 mai 1592.

Ernestus, Dei et Apostolicae Sedis gratia... confirmatus episcopus Leodiensis,... salutem. A quo tempore regendae Leodiensi ecclesiae nos praefecit Deus, qui vocat ea, quae non sunt, tanquam ea, quae sunt, in eam curam incubuimus, ut quae ad salutem animorum consequendam, ad tuendam religionem catholicam, ad augendum cultum divinum, ad ecclesiasticam disciplinam restituendam prodessent, ea prudenter et sollicite, quoad ejus a nobis fieri posset, pro-

[1]) Nous publions ce document, imprimé à Liége par Chrétien Ouwerx, en 1592, parce qu'il est d'une rareté excessive.

curaremus. Cum igitur occidant omnia, quae oriuntur, senescant, quae adolescunt, deflorescant, quae florent, ordini nostro ecclesiastico putavimus tempestive consulendum. Hinc in optimum exemplum intuentes Deum, qui posuit sementem in rebus creatis juxta species suas, ut quae cum tempore deficiunt in seipsis, cum eodem proficiant in sua semente, et in restauratione sui generis uberius proveniant, animum nostrum induximus ad seminarium nostri ordinis ecclesiastici in urbe nostra Leodiensi ex praescripto concilii Tridentini, in hac nostra dioecesi promulgati, constituendum. Nam praeter plurium Summorum Pontificum, utpote Gregorii xiij, Xisti v, Gregorii xiiij, Innocentii ix, et Clementis viij, qui nunc feliciter sedens in D. Petri cathedra innocenter ecclesiam gubernat, praeterque admonitiones crebras reverendissimorum nunciorum Sedis Apostolicae, episcopi Vercellensis, dum viveret, et Octaviani Calathini episcopi, nostra etiam ipsi sponte, natura, ingenio, et educatione in bonarum litterarum et sacrae theologiae studia propensi nihil magis optabamus, quam ut VIRTUTI ET SAPIENTIAE in nostra urbe primaria, ad splendorem nostri ordinis ecclesiastici retinendum, sedem aliquam firmam et domicilium stabile poneremus. Communicato igitur hoc nostro consilio cum venerabilibus et a nobis sincere dilectis decano, et capitulo Leodiensi, ipsisque nostrum hoc consilium probantibus, hortati sumus nostro edicto publico clerum universum totius nostrae dioecesis, ut ad seminarii clericorum institutionem operam suam, studium, suasque facultates pro ratione suorum fructuum ecclesiasticorum conferrent. Atque cum de hoc novo collegio fundando deliberassetis, placuit vobis, quod rogabamus, et potestate alias (citra vestrum consensum) a concilio generali Tridentino nobis data jubebamus, nimirum, ut super singulos modios, vobis vestrisque ecclesiis debitos, duos stuferos Leodienses quotannis colligendos imponeremus, dum aliunde provisum esset. Et ne paupertinis ecclesiis

vestris propter communem horum temporum a bellis calamitatem diu essemus oneri, imponendo in longum aliquod tempus, hoc alioquin parvo, sed pio et necessario subsidio, discussimus primam institutionem domus sancti Matthaei evangelistae, quae vulgo *ad cathenam* nominatur, et progressu, fine, vitaeque in ea agendae, et annis abhinc centum et amplius actae, ratione lente perpensa, nihil obstare judicavimus, quin domus illa clericis tenui fortuna erudiendis in antiqua veterum disciplina sine dolo malo vel damno alicujus mortalium auctoritate apostolica et nostra destinaretur. Conditionibus igitur justissimis Rolando Ruytio, priori supradictae domus, et familiae utriusque sexus, cui ille praerat, propositis, et post illarum examen (cui interfuerunt consiliarii ejusdem domus aliique probi viri, a priore et conventu in consilium vocati) postque satis longam moram et tergiversationem acceptis, tabulis deinde publicis super eis rite confectis, fidisque sponsoribus datis, totaque rei gestae gerendaeve pluribus pontificibus, et praesertim Clementi viii, ratione vere et sine ullo fuco explicata, diplomate suo domum, sancti Matthaei *ad cathenam* vulgo nuncupatam, cum omnibus suis bonis immobilibus seminario clericorum dedit, addixit, univit et incorporavit, duosque stuferos Leodienses jussit a clero exigendos, donec sumptum satis magnum eadem domus alendis adolescentibus aliquo bono numero (quod fieri nequit non exstinctis prius pensionibus per obitum eorum, quibus debentur, vel alia quavis via lege permissa) possit suppeditare. Quamobrem ad Dei omnipotentis laudem et ecclesiae nostrae sanctae incrementum ac nostrae ditionis Leodiensis salutem et commodum, auctoritate apostolica et nostra primam nostram seminarii clericorum publicationem renovantes, rursum de integro et de novo publicamus, erigimus, instituimus, et domum *ad cathenam* deinceps seminarium clericorum, et non aliter, praecipimus appellandam Volumus etiam collegium istud,

ejusque rectores, gubernatores, magistros, praeceptores, et scholares, eorumque bona mobilia, et immobilia, cujuscumque qualitatis et quantitatis fuerint, ab omni jurisdictione, correctione, visitatione, dominio, superioritate, et potestate seculari exempta, et personas omnes liberas, immunes ac exemptas declaramus. Ut autem ejusdem seminarii seu collegii clericorum conservationi, bonaeque administrationi tam in his, quae ad scholarum institutionem ac disciplinam, quam quae ad victum, vestitum, aliaque id genus necessaria pertinent, opportunius consulatur, et promptum sit eis, paratumque subsidium, venerabiles confratres nostros, praepositum et decanum ejusdem collegii seu seminarii protectores, inspectores, defensores, conservatores constituimus, eisque jus priscum visitandi et inspiciendi in eam domum damus, permittimus, concedimus, salvo jure ordinario scholastici Leodiensis, quod ei in omnes scholas competit. Praeterea curatoribus seminarii a nobis et a clero nostro electis ac deputatis, et in perpetuum eligendis ac deputandis, (in quibus prior quondam domus *ad cathenam*, juxta litteras a nobis rite confectas, et duo fidejussores Martinus Diddenius, decanus sancti Petri, et Antonius Cornelii, noster thesaurarius, canonicus et scholasticus sancti Pauli, stante horum duorum obligatione erga conventuales et praebendatos, vel utroque, seu altero eorum vita functo, utriusque ipsorum testamento nominati executores, locum habere debent) damus plenam potestatem omnia, quae ad bonum saepe dicti seminarii statum conservandum pertinere videbuntur, faciendi sive conjunctim, sive majori eorum numero, non singulatim seu separatim; ad scholares in seminarium recipiendos, retinendos, educendos, provehendos, expellendos, ac pro salutari directione, administratione, curatione, conservatione dicti collegii seu seminarii, et bonorum, rerum, jurium, tam temporalium quam spiritualium ad illud pertinentium, oeconomos, advocatos, procuratores, aliosque ministros et officia-

les (salvis pactis cum priore et conventu transactis) in eo deputandi, amovendi, ac alios in eorum locum sufficiendi; ordinationes praeterea, et statuta, (modo aequa, honesta, sacris canonibus, et praesertim concilio Tridentino, non repugnent) faciendi, edendi, eaque, cum videbitur, revocandi, immutandi, corrigendi, aliaque de novo condendi, quae posteaquam facta, edita, revocata, immutata et correcta, ac per vicarium nostrum in spiritualibus generalem in nostra absentia approbata fuerint, perinde haberi volumus, ac si per nos ipsos praesentes approbata et confirmata essent, illaque ab omnibus rectoribus, magistris, scholaribus, aliisque personis in collegio seu seminario servientibus inviolabiliter observari, ac juxta eorumdem dispositionem a quibusvis judicibus, praepositis, decanis, abbatibus, archidiaconis, capitulis, sublata quavis aliter judicandi, decernendi, decidendi facultate, judicari, decerni, decidi debere, et si secus super his a quovis quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum omnino et inane decernimus.

Sed ut certum aliquod vivendi in seminario specimen sit omnibus notum, ecce leges aliquot statuimus conformes concilio Tridentino, ac primum quidem subjicimus eas, quae seminarii moderatores attingunt.

De curatoribus, et praefecto sive rectore seminarii.

1. Curatores duo, elapso biennio, leguntor, unus a nobis, alter a clero, cumque duobus veteribus curanto res seminarii.

2. Viri graves, probi, sacrorum periti, litterarum amantes, otii, ignorantiae, vitiorumque omnium osores sunto.

3. Nemo spurius, nothus, illegitimus, disciplinae ecclesiasticae ignarus, criminosus, curator esto.

4. Curatorum partes sunto rectorem sive moderatorem seminario praeficere, virum gravem, vitae integrum, doc-

trina proba, praeceptores classicos legere, lectos episcopo sistere, in seminarium deducere, inspicere in totam familiam, num vivat scitis et legibus praescriptis, animadvertere in malos, improbos, dyscolos, animum facere bonis, tertio quoque mense rationes omnes seminarii supputare, rationarium accepti, dati, expensi diligenter pervolutare, et res omnes bene expedire.

Ut vero omnibus, viri benivoli, liquidum sit, quam sincere et candide rem omnem seminarii abs ejus curatoribus tractari desideremus, en ante oculos vestros ponimus formam juramenti, quo eos adstringi et devinciri Deo, nobis, totique clero volumus.

Formula juramenti curatorum sive administratorum seminarii.

Ego N. promitto coram Deo omnipotente me sine fraude et dolo malo, et sine ulla spe mercedis aut munerum, a quocumque, et specialiter a colonis seminarii, aut adolescentibus in id recipi cupientibus offerendorum, sed plane gratis rem Leodiensis seminarii clericorum tam spiritualem quam temporalem curaturum, daturumque operam, ut, si quae bona domus *ad cathenam* hactenus deperdita sint, illa recuperentur, et quae sunt ad hunc diem adservata, fideliter in posterum adserventur. Promitto quoque me nihil dicturum, facturum, permissurum contra finem, scopum et intentionem seminariorum abs oecumenico et generali concilio Tridentino praescriptam, contra leges ad pietatem et doctrinam clericorum seminarii pertinentes, contra clausulas et conditiones a sanctissimo domino nostro Clemente octavo in bulla erectionis, institutionis, fundationis, confirmationis seminarii Leodiensis comprehensas; me quoque cognationis, affinitatis, aut familiaritatis intuitu tempore meae administrationis nullum in seminarium recepturum. Spondeo etiam me nihil passurum fieri contra fidem, obligationem domino priori et suo con-

ventui datam, prout ex litteris desuper confectis patet. Ita juro, spondeo, et in signum bonae fidei venerandus osculor haec sancta evangelia; sic me Deus adjuvet, et omnes sancti ejus.

De clericis recipiendis in seminarium.

Nemo in seminarium clericorum recipi debet qui non sit ex legitimo matrimonio natus, idque in patria sive dioecesi Leodiensi, quique sit minor annis viginti, aut circiter, scilicet ut temporius hoc aevo nostro pessimo ad obeunda ecclesiastica munia possint educi.

Et quamquam nemo fere in hac prima infantia seminarii in illud admitti possit propter multitudinem et granditatem pensionum tertio quoque mense solvendarum singulatim iis, qui *ad cathenam* ante constitutum seminarium communiter vivebant, et ob supellectilem, ad quam habendam multa et prompta pecunia est opus, tamen delectus habebitur aliquot adolescentium pauperum, qui vultu prae se ferant indolem bonam, qui sint sine ullo animi corporisque vitio, morbo, deformitate, qui pietatem diligant, et idonei sint ad rerum sacrarum scientiam percipiendam.

Si divites dolo malo in seminarium fuerint ingressi, et post professionem paupertatis non esse pauperes deprehendentur, e seminario emittantur, propterea quod et mendaces in Spiritum Sanctum, et hereditatis egenorum malae fidei fierint possessores, quinimo ante emissionem expensae seminario factae merito repetantur.

Nihilominus tamen mediocris fortunae adolescentes vel opulenti a seminario minime excludentur, si primi pro captu suo suorumve parentum ad victum et amictum suum quotannis aliquid conferant, alteri suis sumptibus educentur.

Ante ingressum in seminarium examinabuntur ab administratoribus et moderatore seminarii, et ut probati fue-

rint, administratores prospicient, ut fidejussione seminario consulatur.

Ubi vero apud sacrorum peritos, graves et pios sacerdotes se poenitentiae sacramento purgaverint, et, sancta Eucharistia percepta, voluntatem suam bonam erga Deum et ecclesiam firmaverint, legibus seminarii observandis fidem suam jurejurando adstringent.

Formula juramenti clericorum seminarii.

Ego N. promitto coram Deo omnipotente, vobisque administratoribus seminarii Leodiensis, patronis meis, me legibus seminarii clericorum *ad cathenam*, Deo favente, victurum, neque ex eo, neque ex finibus patriae et dioecesis Leodiensis, nisi jussu et auctoritate principis nostri et episcopi, adeoque vestra exiturum. Juro quoque me sacros ordines permissu aut consilio vestro suscepturum, et in ea ecclesia operam meam suo tempore praestiturum, quae mihi assignabitur. Quod si, violato meo juramento, abs hoc sancto animi mei proposito, quod absit, resiliero, sumptus in seminario pro tempore factos, cum fuero locupletior, vel fidejussores mei pro me refundent, et si, quod opto et spero, frugi sacerdos evasero, pro ratione facultatum, si quas aliquando mihi Deus dederit, in seminarium Leodiense, tamquam ejus beneficiarius, ero bonus et beneficus. Ita spondeo, promitto, juro, et in signum bonae fidei venerandus osculor haec sancta evangelia. Sic me Deus adjuvet et omnes sancti ejus.

Leges, quae ad pietatem et bonos mores clericorum spectant.

Cum pietas ad omnia sit utilis, teste divo Paulo, nempe ad corpus et animum, ad praesens futurumque tempus, oportet eum, qui multorum bono et saluti studet, in ea esse exercitatissimum :

1. Quotidie igitur omnes alumni seminarii missam taciti

et reverenter audiant, et mysteria, quae in ea tractantur, secum devote considerent et meditentur.

2. Mane a somno dato signo Deum salutent, et juxta orandi regulam a praefecto pro ratione temporum, dierum, personarum praescribendam, statis horis se meditationibus perficiant, et exercitationibus firment, naturae, educationis malae, convictus vitia sensim tollere adnitantur.

3. In templo seminarii quotidie tot fiant sacra prisco ritu, quot antea solebant fieri, psalmi quoque diebus singulis, statisque horis alternatim et graviter decantentur.

4. Prima die dominica cujusque mensis, itemque festis celebrioribus, sacram Eucharistiam omnes alumni, qui sacerdotes non sunt, accipiant, et pridie peccata Deo detegant apud sacerdotem, qui judicio praefecti advocabitur; sacerdotes autem bis terve singulis hebdomadibus sacrum faciant.

5. Omnes simul ad audiendam sacram concionem lectionemve deducentur, seque domi concionando ordine exercebunt, et meditati, accepto a praefecto tempestive ad dicendum argumento, in concionem ascendant.

6. Historia aliqua ecclesiastica, cum prandebitur aut coenabitur, tractim legitor. Praeter libros, qui erunt clericis necessarii et utiles ad discendum, habeant codices pios, a quibus tanquam magistris tacite loquentibus discant bene sapere et bene vivere.

7. Singulis mensibus praefectus vel curatorum aliquis, aut alius quicumque doctus et probus exhortationem sive latinam sive gallicam ad discipulos seminarii habeat de vita et formandis moribus.

8. Porro sicut post somnum a Dei salutatione piisque meditamentis diem ordientur, ita eundem claudent tacita reminiscentia eorum, quae eodem die bene maleve peregerunt, petita a Deo erratorum suorum venia, itaque cum Deo cubitum ibunt, cum quo postridie sunt evigilaturi.

9. Singuli amiciantur amictu priscorum clericorum, ut pote tunica longa seu pallio longiore, pileo crucem graviter referente, aut petaso latiore antiquitatem simplicem redolente adversus aestus, frigoris, imbrium injuriam, et cum extra urbem spatiabuntur.

10. Cum publice ingrediuntur per urbem, gravitatem servent et modestiam, neque e domo pedem efferant, nisi conscio praefecto.

11. In familiari congressu et publico conventu summisso sint animo et vultu ac sermone benigno; rixas, jurgia, contentiones, scommata oderint; urbanitatem, amicitiam, benivolentiam, concordiam, pacem ubique locorum et temporum ament, sectentur, foveant.

12. Si quis sit ingenio inquieto, turbulento, invidioso, judicio praefecti et curatorum post aliquot experimenta vitiorum ejus generis, benigne et sapienter e collegio emittitor.

13. Et quamvis seminarii praefectus daturus sit operam, ut sobrie edatur et bibatur, tamen clericorum singulorum erit videre, ut sibi ipsi legem temperantiae statuant, quae non tam a rebus, quam a judicio et corporis temperamento pendet.

Leges, quae ad doctrinam et eruditionem pertinent.

1. Diebus singulis theologia praelegatur, nempe liber aliquis sacrae scripturae, doctrina scholastica, de virtutibus etiam ac vitiis, seu de casibus conscientiae, ut vocant, schola habeatur. Professores autem monemus, ut his primis seminarii temporibus ita concinne, breviter et dilucide doceant, ut post quadriennium ad summum discipuli ab eis egredi possint ad docendum.

2. Curatoribus etiam committimus, ut computus ecclesiasticus, cantandi ars et usus, ritusque ac ceremoniae tam ecclesiae nostrae Leodiensi quam Romanae accurate tradantur.

3. Quod ut scite fiat, diebus festis celebrioribus, quinimo etiam dominicis, ad cathedralem nostram ecclesiam ex praescripto rectoris seminarii tot, quot ipsi placitum erit, clerici veniunto; ad caeteras quoque ecclesias secundarias, quando et ubi eidem videbitur, obedienter eunto.

4. Praeter privatas lectionum repetitiones et disputationes, quae hebdomadatim habebuntur, singulis mensibus publice habendae erunt, ad quas primores viri ecclesiastici invitabuntur, ut animus fiat omnibus, qui probae doctrinae amantes sunt, debentque esse.

5. Quod si alumnorum quispiam, judicio praefecti et curatorum, idoneus sit ad erudiendam plebem, statis diebus ad stata loca concionandi caussa vadito, adhibito socio, qui illum observet.

Haec est, novitii clerici, recta norma, ad quam, dum in nostro collegio et seminario eritis, vitam vestram dirigere oportebit. Respondete exspectationi, quam de vobis concepimus, et facite animum toti clero amore magno in virtutem, sapientiam christianam et nostratem ecclesiam. Vos vero, viri ecclesiastici, rogamus, ut quem in media nostra civitate, atque adeo in oculis nostris nostraeque cathedralis ecclesiae, hortum sevimus, concordibus animis nobiscum vestra beneficientia ceu perenni fonte irrigetis. Quid enim hoc tempore virtutis et probae doctrinae arido, magis utile, magisque necessarium fieri debuit? Ecce Gallia est tota in armis propter perturbatam eo in regno religionem, Germania nostra suis haeresibus indormit, Britannia vicinaeque insulae animo feroces fidei nostrae minantur excidium. Belgia vixdum potest animum recipere. Multae aliae nationes aut in Dei cultu nutant, aut aperte stant ab Ecclesiae catholicae hostibus. In quae tempora, tu Deus, nos nostrumque solum Leodiense reservas? Certe si solum aspicimus, haud est longe situm ab eis terris, a quibus coortae sunt multae et malae tempestates; et nimbos, qui nostrum hunc statum

inquietiorem possunt facere, ab invidis et improbis videmus impendere.

Corruperunt orbem christianum audaces aliquot viri? Profecto in scholis suis cum privatis tum publicis malorum magistrorum pessimam fecerunt sementim. Perierunt nunc sectarum principes? Stant tamen, neque dum silent eorum seminaria.

Ut igitur domi nostrae contra hujusmodi pestes habeamus viros, qui plebem nostrae fidei creditam tutentur et protegant, en ordinis ecclesiastici seminarium tempestive facimus. Imo certe omnium bonorum judicio tempestivius erat faciendum. Nam ubi gentium vel locorum est hodie concubium, conticinium haereticorum et malevolorum hominum? Nunquam intempestiva, nunquam otiosa, nunquam ecclesiae inutilis fuit verae doctrinae et solidae virtutis schola. Fovete igitur, viri benivoli, nobiscum hoc novum nostri ordinis gymnasium, et pro ratione vestrorum proventuum in illud estote benefici.

Nos certe his primis et difficilibus initiis propter multitudinem eorum, in quibus alendis census omnis domus *ad cathenam* consumitur, aliquot adolescentes bonos et ingeniosos deligendos nostris sumptibus nutricabimus. Ut qui inter vos sunt opulentiores, nostro exemplo ad spem magni alicujus fructus propediem demetendi sitis, et veraciter cum laude vestra vocemini probae juventutis nutritores.

Valete, et nos vestri amantissimos vicissim amate. Leodii M. D. XCII.

ERNESTUS.

IX.

Bourses d'études fondées par Martin Didden.

Le prieur de l'hôpital avait emprunté à Gilles Borioix la somme de 3600 *florins contre une rente de* 300 *florins à lui servir, sous la condition de restituer le capital dans*

cinq ans. Avant la restitution effectuée, l'hôpital fut incorporé au séminaire. Martin Didden restitua le capital à la veuve Borioix, sous la condition que le séminaire lui payerait, sa vie durant, une rente de 300 florins, et qu'après sa mort, cette rente servirait à la fondation de deux bourses. Le pape autorisa, le 12 août 1592, le nonce de Cologne, Octave, évêque de Tricarico, à confirmer ce contrat. Le nonce le confirma le 14 avril 1593. Voici la fondation telle qu'elle est contenue dans le décret de confirmation :

9 mars 1593.

Martinus Diddenius, sancti Petri Leodiensis decanus, constituit perpetuis temporibus duas bursas, quas vocant, in seminario Leodiensi, fundare in forma subsequenti, videlicet quod pro dote illarum dominus decanus testamento legabit seminario Leodiensi trecentos florenos Brabantiae annui reditus, in quibus ipsum seminarium ei tenetur ratione summae pecuniariae per eum nomine seminarii numeratae cuidam Egidio de Borioix, prout in litteris desuper confectis latius continetur. Dictum vero seminarium tenebitur duobus studiosis, per dictum decanum aut suos consanguineos ad praedictas bursas nominandis et praesentandis, omnia ad victum necessaria suppeditare, ita quidem ut, quando in seminario erunt, communi mensa cum reliquis seminarii alumnis utantur; quando vero erunt extra seminarium, utpote vel inferioribus scholis vel in aliqua universitate, prout domini directores expedire judicabunt, singuli centum florenos Brabantiae annue ab ipso seminario accipiant. Porro quod praedictos trecentos florenos seminarium, refusa summa pecuniaria in litteris contenta, et expensis in litterarum expeditione factis, redimere potest, illo casu seminarium tenebitur pecuniam ad similem reditum emendum applicare; et si forte pecunia emendis trecentis florenis Brabantiae non sufficiat, cupit nihilominus praedictus dominus decanus, ut, si ducenti aut

plures empti fuerint, ducenti ad minus in similes usus applicentur; si pauciores ducentis, illi quotquot fuerunt, in consimiles usus duorum studiosorum aequaliter partiantur. Qualitates assumendorum ad praedictas bursas : Nemo assumetur ad praefatas bursas, nisi apud dominos directores competenter docuerit se infrascriptas qualitates habere. *Prima :* Docebit alter assumendorum se esse de familia Martini Didden, decani sancti Petri Leodiensis, videlicet, ex Margaretha Didden, uxore Michaëlis Sproelans, alter ex Elisabetha Didden, uxore Roberti Droeghen; deficiente vero ex altera parte successore, sufficiet utrique docere se ex altera sororum dicti decani descendere; deficiente successore ex utraque parte, praeferentur caeteris, qui docebunt se in choro a pueris serviisse ecclesiae sancti Petri Leodiensis; quales si nulli qualificati fuerint, judicio dominorum directorum assumentur ex omnibus, qui sese offerent magis qualificati juxta leges seminarii, quae illo casu inviolabiliter observabuntur. *Secunda* : Docebunt iidem sive cognati decani, sive chorales et servitores sancti Petri, se habere qualitates a concilio Tridentino praescriptas, scilicet, se duodecim esse annorum aut supra, de legitimo matrimonio, se scire competenter legere et scribere, et voluntatem habere cum Dei auxilio sese Ecclesiae Dei perpetuo mancipare. *Tertia* : Quia vero leges seminarii Leodiensis a suis alumnis exigunt aetatem viginti annorum aut circiter, et majorem in bonis litteris progressum, domini directores pro eorum discretione sic, ut praemissum est, qualificatos, sive cognatos decani, sive chorales sancti Petri, poterunt ad inferiores scholas mittere eosque vel in seminario alere, vel apud parentes, assignatis singulis, ut praemissum est, centum florenis Brabantiae. *Quarta :* Ubi progressum eum fecerint in aetate et bonis litteris, ut lectionum sacrarum, quae in seminario fient, judicio praeceptorum et directorum capaces videri possint, assumi debebunt in seminarium victuri cum caeteris alumnis eisdem legibus

et moribus. *Postrema :* Poterunt etiam praedicti cognati et chorales in seminario theologiae fundamenta [edocti] ad aliquam universitatem catholicam a dominis directoribus praescribendam sese conferre, in qua a seminario alentur usque ad gradum licentiae studio sacrae theologiae aut juris canonici, assignatis singulis ipsorum ut, praemissum est, centum florenis. Demum administratores et curatores seminarii Leodiensis omnes praesentes declarant sibi satis placere hunc conceptum, illum censurae Suae Celsitudinis vel sui vicarii generalis necnon praepositi et decani Leodiensis pro ulteriori confirmatione et corroboratione submittentes. Actum in aedibus seminarii *ad cathenam*, Leodii, die 9 martii, anno 1593.

Martin Didden institue la MAISON DE MISÉRICORDE *ou* HÔPITAL DE BAVIÈRE[1] *son héritière universelle avec la charge de servir une rente de* 300 *florins pour les deux bourses précitées.*

5 octobre 1604.

In nomine Domini, amen. Notum sit omnibus et singulis, quod anno a Nativitate Domini M.D.C.IV, mensis octobris die quinta, R. et V. D. Martinus Didden, decanus sancti Petri Leodiensis, unus magistrorum *domus misericordiae* Leodiensis, constitutus et comparens in praesentia R. D. Johannis Chapeaville, vicarii generalis, et Georgii Matthaei ab Heusden, sancti Pauli Leodiensis canonici, Caroli Bilhaei, equitis aurati, serenissimi principis consiliarii, domini de Vierset, et advocati oppidi Huyensis, et Jacobi Libert, exconsulis civitatis Leodiensis, Guilhelmi Bex, uti magistrorum pro tempore existentium, et pro eadem *domo misericordiae* acceptantium, exposuit et declaravit, exponitque et declarat se pro sua erga *domum misericordiae* propensione, affectu et amore

[1]) Cet hôpital fut fondé par Ernest de Bavière, en 1602, dans son propre château, situé Outre-Meuse. Il en confia les soins aux *Filles de la Compagnie de Miséricorde.*

singulari ac pietatis charitatisque ac misericordiae operum in eadem domo exercendorum incremento et propagatione uberiore ad majorem Dei gloriam promovendam jam pridem in votis habuisse et habere dispositionem, quae infra subjicitur, ordinandi et instituendi, necnon contractum sequentem ineundi et inviolabiliter observandi. In primis idem R. D. declaravit et disposuit, declarat et disponit, quod donabit, elargietur et legabit, prout donat, elargitur et irrevocabiliter legat omni meliore modo post mortem praedictae *domui misericordiae* quingentos quinquaginta florenos Brabantiae annuos, quos habet super statum ecclesiasticum Leodiensem; item trecentos florenos Brabantiae et quadraginta modios speltae, pro quibus modiis solvuntur centum decem floreni supra seminarium Leodiense; item centum quinquaginta florenos Brabantiae supra decimam et bona, quae habet domina abbatissa de Herckenrode in Othee, facientes simul mille centum et decem florenos Brabantiae. Insuper dictam *domum misericordiae,* solutis suis debitis et legatis tam in testamento quam in codicillis factis et fiendis expressis, et sumptibus funeralibus, haeredem residui suorum bonorum mobilium et immobilium, creditorum, esculentorum ac poculentorum instituet, prout etiam irrevocabiliter instituit, post suum obitum, mediantibus conditionibus subsequentibus : *Prima* : Praefata domus perpetuis temporibus singulis septimanis curabit celebrari unum sacrum in dicta domo pro salute suae animae ac suorum parentum ac amicorum. *Item* solvet singulis annis trecentos florenos Brabantiae de trimestri ad trimestre pro fundatione duarum bursarum per dictum decanum pro familia et consanguineis futuris, prout latius in testamento ejusdem specificatur; nec poterunt hujusmodi trecenti floreni unquam redimi, etiamsi primo dicti redditus redimerentur, sed in perpetuum praefata domus obligabitur, nisi deficeret familia dicti R. D. decani; quo casu cedent et accrescent dicti trecenti floreni domui antedictae. *Item* tenebitur recipere a

data praesentis contractus ac perpetuis futuris temporibus pauperes aegrotos parochiae de Lyers, modo qualificati fuerint secundum statuta dictae domus. Quidquid autem ex institutione haereditatis, ut praefertur, domui antefatae cedet, in emptionem alicujus redditus, sive in dictae domus, si onerata sit, exonerationem applicabitur, nisi aliqua forent inter suppellectilia domui commoda, uti erunt ornamenta sacrificio divino apta. Poterit etiam praefatus decanus legare quibusdam pensionem vitalem ad summam ducentorum florenorum Brabantiae annuorum. In perpetuam vero praescriptorum memoriam in sacello erigendo in praefata domo praedicta in marmore sculpentur, et si aliqui ex praefatis redditibus jam constitutis et ex haereditate constituendis redimi contingeret, tunc pecunia ex hujusmodi redemptione proveniens deponetur ad cambium scabinorum Leodiensium, ut iterum statim et secure applicetur; quod observabitur quotiescumque redemptio fiet. Ut autem casus humani sunt incerti, si contingeret dictum decanum in aliquod infortunium incidere, poterit ex praefatis redditibus etiam alienando suae necessitati subvenire, nec tenebitur ex tunc dicta domus ad supratactos trecentos florenos Brabantiae pro bursis praetactis, nisi tamen eidem domui maneant alii trecenti floreni Brabantiae liberi. Et in acceptatione haereditatis sive residui bonorum post obitum decani, ut praefertur, erit dictae domui liberum acceptare vel recusare, prout in rem ejusdem *domus misericordiae* judicabitur, manentibus tamen redditibus mille centum et decem florenis Brabantiae, cum conditionibus et oneribus praescriptis, et salva extinctione quinquaginta florenorum annue per praefatum decanum pridem dictae domui addictorum et assignatorum, ita ut dicti quinquaginta floreni Brabantiae sint comprehensi in dictis mille centum et decem florenis Brabantiae. Et contra personaliter constituti suprafati magistri et provisores *domus misericordiae* civitatis Leodiensis, eaque qualitate pro tempore existentes, acceptarunt hujusmodi pro-

missionis contractum nomine praedictae domus; obligaruntque se sub dicta qualitate, et per praesentes se obligant erga R. D. decanum, et promittunt sub solemni juramento, quod petita adimplebunt, et quantum in ipsis est, adimpleri, ac magistros futuros et secuturos successive idem jurare curabunt; stipulatique sunt solemniter, medio juramento, in praesentia praefati R. D. vicarii hinc inde se praedicta omnia observaturos. Et pro majori securitate eorum, quae in hac dispositione et contractu dicta, declarata et specificata sunt, obligat se R. D. decanus, omniaque sua bona praesentia et futura, mobilia et immobilia, cujuscumque naturae, qualitatis et conditionis, renuntians omnibus et singulis quibuscumque privilegiis, exemptionibus et exceptionibus, tam juris quam facti, et tam ubi specialis renuntiatio requireretur, necnon privilegio renuntiationis. In quorum fidem et praemissorum testimonium suprafati reverendi et venerabiles domini praesentem contractum, sigillo R. D. decani communitum, propria illorum manu signarunt anno, mense, die praetactis, in domo residentiae praefati D. vicarii prope ecclesiam cathedralem Leodiensem, ante palatium episcopale sita.

J. Daris, *professeur de droit canonique et d'histoire ecclésiastique, au grand séminaire, à Liége.*

(La suite à la prochaine livraison).

TABLE DES MATIÈRES.

NOTICES.

DOCUMENTS.

TABLE ALPHABÉTIQUE.

A

B

C

D

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

R

S

T

V

W

Y ET Z.

ADDITIONS ET CORRECTIONS.

Pag. 112, ligne 27, EMICO, lisez : ENRICO.

» 115, » 17, *Emichoni*, lisez : *Enrichoni*.

» 170. » 21. Le document du 24 mars 1247 concerne Nieuw-Rousselaere ou Rousselaere-Polder, endroit situé près d'Aerdenburg, et détruit par une inondation. Voyez WARNKOENIG et GHELDOLF, *Histoire de Flandre*, V, p. 234.

» 230, » 24 : Après le mot *Puteo*, ajoutez : *Canonicus Furnensis*.

» 252, » 1, *Hennebuck*, lisez : *Hanebeck*.

» 296, » 28, *Ablas*, » *Alblas*.

» 391, » 10, *Chastres*, » *Chastrès*.

» 392, » 30, *Robechies*, » *Rognée*.



